




# **In Psalmos LXXIII, LXXIII, etc. conciones Ioannis Oecolampadii pijssimae**

<https://hdl.handle.net/1874/428527>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

OLIVIA D. IMPERIALIS  
KNOTT. PLAINI DIXIT DON  
LOUHERI SUR. DEN. IN P.

Ks 108

Nº. 18



47


C











N. II. C.

IN PSALMOS LXXIII  
 LXXIII, ETC. CONCIONES  
 IOANNIS OECOLAMPADII  
 p̄ssimæ, per Ioannem Gastium Brisa  
 censem exceptæ, nunc̄p̄ pri-  
 mum latinitate donatæ, &  
 in lucem diuulgatæ.

*Sequens pagella, quæ in libello isto con-  
 tinentur, indicabit. Ex donatione H.  
 Bucher*



PER ROBERTVM VVINTER,  
 BASILEAE, ANNO  
 M. D. XLIII.



HOC LIBELLO CONTINENTVR

	}	LXXIII	duæ
		LXXIII	duæ
Cõciones in	}	LXXV	una
Psalmum		LXXVI	una
	}	LXXVII	duæ
		CXXXVII	sex.

*Libellus de inuocatione Sanctõrum  
contra Fabrum Constantiensem.*

*Concio ad pueros.*

	}	Vna de Sacerdote sub merso
Historiæ		Alter de Sacerdote suspensio
tres	}	Tertia de Rustico de collatio.

ILLVSTRISSIMO, EIDEMQVE GE  
NEROSISSIMO PRINCIPI AC  
Domino, D. Christophoro Duci  
Vuirtenbergensi, & in Deck,  
Comiti Mompelgardi, & c. Do-  
mino suo clementissimo, Ioan-  
nes Gastius Brisacen-  
sis S. D.



CCLESIAM po-  
puli Dei, sanguine  
CHRISTI precio-  
so redemptam, hoc  
turbulentissimo se-  
culo, in partes multas scissam, uarijs  
opinionum dissidijs impetitã, tot se-  
ctis tam horrendis periclitantẽ, ma-  
gna ex parte ad pharisaismum colla-  
psam, à præcipuis sui defensoribus  
neglectã P. I. nemo non fateri cum  
gemitu cogitur. Nam Papa, qui ca-  
put illius sese iactitat esse, curã om-

## EPISTOLA

nem abiicit, nihil consolationis præbet, non modo arma ad defensionem tollit, sed etiam hostibus eam exponit spoliandam. Pastoris ueri nullū ferme officiū agit, lupis timidus et inermes oues permittit et occidioni destinat. Episcopi illū maiori ex parte (non de omnibus loquor, sed de indoctis & malis tantū) hac in re imitantur, uerbi Dei sunt irrisores, ne dicā osiores: pios pastores aut solum uertere cogunt, aut sine causa tanquā turpissimos, inhonestissimos & sceleratissimos interficiunt. Ecclesias multas habēt, pastoribus carentes: nihilominus tamen decimas, Ecclesijs, quib. ministros uerbi cōmode alendi facultas esset, datas auferūt, uenationibus, alea et scortationib. eos fructus perditē absumūt.

Ne.

N V N C V P A T O R I A .

Neq; illis curæ est, ut pueri ad studia literarum eligantur, aut publicis ue ecclesiasticis sumptibus foveantur. Emoriuntur penè omnes disciplinae liberales, linguæ ac bonæ literæ frigere incipiunt. Pauci sunt quibus displiceant tumultus, luxatæque ecclesiasticarũ rerũ compages. Et si quidam inueniuntur, qui strenui propugnatores Ecclesiæ sint, sed non depugnant aduersus hostes, ut uictoriæ gloria Christo, sed ipsis cedat. Nam quemadmodum in publico oppidi incendio multi accurrunt, qui prædæ intenti cõmune malum uertunt in priuatum cõmodum, ita in hoc rerum statu, non dubito, quin uideas plurimos in hoc intentos ut ad se rapiant uictoriã, uni Christo debitam. De plebe quid dicam?

A 3 Multi



## EPISTOLA

Multi pagi omnino uerbo Domini  
uero animæ pabulo destituti sunt.  
Quid enim populus, ad lasciuia &  
seditionem pronus, diebus Domini  
cis, quum admonitione diuina destitu-  
tus sit, aget ociū istud adeptus, quam  
in omnia scelera prolabi, uino inc-  
briari, uxorē proximi polluere, aut  
scortatione perire, alea & lusorijs  
folijs tempus fallere. Sicq; paulatim  
odium religionis Christianæ in ijs  
pullulascit, barbaram uitam, incom-  
ptos mores, periuria, seditiones, mē-  
dacia sequi non dubium est. Metuo  
misere ne pharisaismo succedat pa-  
ganismus. Video enim sub prætextu  
Euangelij subnasci nouam gentem,  
procacem, impudentē, pernicie ob-  
noxiam, intractabilem, literarum di-  
uinarum contemptricem: breuiter  
talem,

N V N C V P A T O R I A .

talem, qualem mundus ferre non potest. Item Theologi, ecclesie nutantis Atlantes, lapidant se quotidie dentatis libellis, miris sycophantijs, laborant odio intestino, fucatisissimisq; technis omnia agunt. Fatale est malum, quum sese, omissis quaestiuculis, qua plus habet ostentationis uanae, quam solidae pietatis, conferre ad ipsos Scripturarum fontes, & ad ueteres Ecclesie doctores deberent. Hanc luem decuit ab ecclesiasticis abesse uiris, qui alijs exemplar illustre patientiae & defecati animi, Christi in hoc imitatores, proponere solent. Nemo ferè iam sacris literis operam impendere uult, & si ecclesiastico sumptu foueatur. Pudet illos Christi ob contemptum, quem uident erga ministros uerbi, & ta-

## EPISTOLA

les postea fiunt, ut malim cum Turca habere cōmercium, quam cum illis, si quis cōtractus mihi esset faciendus. Theologi esse uolunt, cum interim agricolentur, pecunijs inbient, suos à studio diuino abstrahant, & propemodum mundo ipso uidentur mundaniores. Et uereor ne complures istorū transversos agat gloriae sitis, ac gulæ uentrisq; negocium. Dolet minoris fieri quam uellēt, ob id nescio quos titulos ambiunt, quæ domina affectent, ut soli sapiant & regnent, somniculosiores gliribus, stupidiores asinis Cumanis. Adulatorū etiā & delatorum plena omnia sunt, qui quod bene dictum est, in male dictum uertunt, pleni inuidia & liuore, nihil non rapiunt in occasione calumniæ. Siquidem linguas habent  
 men

NVNCVPATORIA.

mendaces fascinatrices, uenenum a-  
 spidum sub labijs eorū, odiosas cōten-  
 tiōes socijs, propinquis et fratribus  
 suscitant. Nunquā uidi homines cō-  
 fidentius arrogantes, aut rabiosius  
 maledicos, aut impudentius menda-  
 ces, quorum nec amicitia habere ue-  
 lim, nec inimicitiam. Si Socrates cū  
 belluis istiusmodi fuisset aliquando  
 conflictatus, arbitror equidem neq;  
 animum, neque uultum semper eun-  
 dem seruare potuisset. Ad sacerdo-  
 tum chorum uenio, quomodo uiuant,  
 populū pascant, uitijs inuident pu-  
 blicis, notum lippis atq; tonsoribus:  
 demum nec docendo nec uiuēdo Ec-  
 clesiae adflictae profunt: obliti quo in  
 theatro quam personam sustineant,  
 quā fabulam agendam susceperint:  
 obliti Christianae modestiae. Indo-

## EPISTOLA

Etiores nullum unquam seculum ha-  
 buit, non intelligunt ea quæ legunt,  
 populo somnia concionantur & ob-  
 scœna, & apud mulierculas quas de-  
 mentarūt, & idiotas blaterant, quæ-  
 cunq; lubet. Quod uehementissime  
 dolendum. Vt interim de monasticæ  
 uitæ uiris, qui uoluptatibus & cla-  
 moribus sanctimoniam colunt, nihil  
 dicā, qui olim suis collegijs, scholis,  
 diligentia Ecclesijs in ipsa Barba-  
 rie, multum adiumentum tulere. Scri-  
 bas eruditos & diligēt es habuerūt:  
 qui p̄ se religionis absoluto, sese ad  
 describendum doctissimos & præci-  
 pue diuinos libros contulerunt, nul-  
 lum temporis momentum sine aliquo  
 fructu elabi patiebantur. Nūc quid  
 agant, studeant, doceant, scribant,  
 manifestū est. Cæsar summus monar-  
 cha

NUNCUPATORIA.

cha bellicis motibus distringitur, ut  
 id fortasse, quod animo concepit, in  
 religione Christi illustranda, nunc  
 temporis ad effectū ducere impossi-  
 bile sit. Regum numerus, quid molī-  
 atur, satius duco nō scribere, ne po-  
 steri illis, nescio ob quam negligē-  
 tiam, fere dixissem perfidiam, indi-  
 gnentur. Principes Imperij et libe-  
 ræ ciuitates nō nihil promouent syn-  
 ceram religionem, sed nimium frigi-  
 de, quum ubiq; sentina malorum ex-  
 urgat, uitia reflorescant, mores à  
 CHRISTI populo alienissimi pas-  
 sim in oculis hominum uersentur. In-  
 uentus sine religionis timore uiuit.  
 Qui sub papatu sunt, nihil norunt,  
 quam maledictis prosequi & pro-  
 scindere suos pastores, quibus ani-  
 mas ipsorum commiserunt. Qui ab  
 Euan-

## EPISTOLA

Euangelio stāt, quo in honore suos  
 babeāt, pro dolor, palam est. Vtinā  
 Deus aliquando Monarcharū ani-  
 mos ad pacis amorem conuertat, &  
 utinam, quemadmodum uidemus præ-  
 sentaneum Ecclesie periculū, imō  
 non iam periculū, sed magna ex par-  
 te ruinam, ita paratum cerneremus  
 efficax, & huic uulneri conueniens  
 Turca remedium. Turca Pannoniam, re-  
 gionem ditissimam auro, argento, sa-  
 le & pecoribus, ferē totā obtinuit  
 deuastauit, oppida & arces in suam  
 potestatem redegit. Pagos incēdit,  
 crudelissime, in grauidas & pueros  
 scēuit. Religionem Christi uerā,  
 in uerbo Domini fundatam euertit,  
 annihilauit atq; deleuit. Mabometi  
 somnium & præscripta inculcat, et  
 quicquid ad calamitatem, acerbita-  
 tem,

NVNCVPATORIA.

tem, imminutionem maiestatis populi Dei facit, non omittit, & interim nemo illius conatus uel aliquantulum reprimat, sine metu, sine cura omnes sumus. Quid nūc Germania turbulētius, quid miserabilius, quid calamitosius, si incidat, quæ uidetur impendere? Nam huiusmodi rerum tumultus, quales hodie uidemus, imo perpetimur, nullus opinor ab ecclesia crepundijs (et si Iulianus apostata, Ariani & reliqui tyranni, seposita omni clementia saurierint) ad hoc usque temporis aut uidit, aut legit, aut audiuit? Hæc q̄ mala paucos uel commouent, uel ad auxilia ferenda incitant, quia timore Dei omnes ferē sumus uacui. Intestinis odijs, bellis cruentissimis, mutuis cædibus, Christianus in Christianū labo-



## EPISTOLA

laboramus, innocentem sanguinem  
 fundimus, Germaniam patriæ com-  
 mune solum euertimus nos ipsi, quo  
 Turca exercitatissimus hostis uiam  
 planiorem habeat, iuuētute bellico-  
 sa detrita, nos abducendi, uendendi  
 & perdendi. Imbelles enim pueri,  
 cum senecionibus decapularib. tam  
 truculentæ bestiae resistere nequa-  
 quam poterunt. Hæc autem ideo in  
 mediū adduxi, P. I. non ut cuiusq̄  
 personam denigrare, famam odori-  
 feram uel Episcoporum uel Princi-  
 pum conspurcare more quorundam  
 uelim, neque unquam in mentem ue-  
 nit, quenquam de suo gradu detur-  
 bandum esse: sed ut ansam cogitandi  
 perpendendi, excutiendiq̄; Papæ,  
 Cardinalibus, Episcopis, Abba-  
 tibus, Cæsari, regibus, principib.  
cum

NVNCPATORIA.

cum reliquis imperij statibus darē, quo tandem nostrum imminens Germania & totius Christianæ reipublicæ malum, quod ex ira Dei super Christianum orbem imminet, agnosceremus. Iudæi obstinati, suas calamitates à Prophetis & Apostolis toties prædictas, & miraculis confirmatas, credere noluerunt, & tandem nimis sero, pœna Domini præsentente coacti sunt, id quod effugere nõ poterant, intelligere. Nemo nõ scit quantum sit malum intestini dissidij, nimirum tantum, ut & domos & urbes et regna euertat. Notum est illud Sallustij, Concordia res parvæ crescunt, discordia magnæ dilabuntur. Esa. 3. cum uellet Prophetæ casum regni Iudaici prophettare, prædicebat dissidia & seditio-  
nes

## EPISTOLA

nes intestinas fore. Ante destru-  
tionem Hierosolymæ urbis ultimã  
præcesserunt maximi tumultus. Di-  
uisa enim erat cõtra seipsam tribus  
pestiferis sectis, quarũ capita erãt,  
Simon, Ioannes, & Eleazarus, de  
quare Iosephus lib. 6. cap. 13. Dissi-  
dio duorum Imperatorum Constan-  
tinorum uia facta est imperio Tur-  
cico, & labefactioni imperij Ro-  
mani, quid intestine dissensiones ue-  
lint nostri temporis, facile cognosce-  
re possumus. Quæ omnia in his conci-  
onibus, quas ab ore D. Oecolam-  
padij excepi, exactissime habemus  
descripta, ut nobis præcepta sit oc-  
casio querulandi, si illa prædicta nos  
deprehenderint, obruerintq; repẽ-  
tino casu. Nihil enim ab illo uiro  
profectum, quod non diuinitatẽ quan-  
dam

NUNCUPATORIA.

dam spiret. Tuæ autem Celsitudi-  
 ni hos meos labores, quos impendi  
 tam in excipiendo, quam in Latinam  
 linguam, tenui quo præditus sum sty-  
 lo transfundendo, nuncupare uolui,  
 cum propter nobile pectus, quod ge-  
 rit erga religionem Christi, erga  
 literas bonas, erga Germaniam, in  
 quibus licet eximiam quandam &  
 grauitatem & prudentiam singula-  
 ri cum humanitate coniunctam, ac  
 principe dignissimã colligere. Tum  
 etiam quod parens tuæ Celsitudi-  
 nis, princeps omni æuo dignus, ha-  
 rum concionum partem ab ipso Oe-  
 colampadio, quum Basileæ ciuitate  
 amœnissima hæreret, in templo diu-  
 Martini, pulchra principis laus,  
 patulis auribus, ac corde sincero  
 audierit, Deiq; clementiam ita suis  
 B pre-

## EPISTOLA

precibus mitigarit, ut patriæ ter-  
 ræ, e qua exul ad annos aliquot, mi-  
 rabiliter sit restitutus, ac maiori  
 gaudio quam uel Cicero ipse, quum  
 post exilium Romam reuocaretur,  
 ab omnibus receptus sit. Cui iustum  
 opus parare, in quo illius laudes tum  
 ob religionem Christianam, quam  
 suo in ducatu instituit, plantat atq;  
 conseruat, tum ob uirtutes & cle-  
 mentiam, quibus tam in suos quam in  
 exteros excellit, prædicare consti-  
 tui. Hunc in quã libellum Psalmorũ  
 tuæ Celstudini inscribere etiã hac  
 ratione uolui, ut clarissimi nominis  
 tui auspicio auspicius in lucẽ pro-  
 diret, ac splendore, lenocinio & gra-  
 tia nominis tam celebris, non nihil  
 commendationis apud doctos mihi  
 conciliarem. Deinde ut hac officij  
 signi-

NUNCUPATORIA.

significatione Celsitudinē tuā mihi  
 demererer, quæ, ut audio, omnibus  
 præcipue bonarum literarum stu-  
 diosis, ipse non alienus à literis, est  
 exposita. Postremo, ut extaret mo-  
 numentum aliquod erga tuā Celsitu-  
 dinē, quam ex animo summoq; studio  
 colo & exosculor. Ad principem  
 enim uirum, qui alijs dominari uult,  
 corpus integrum reipublicæ com-  
 missæ seruare, à seditionibus rebel-  
 lem populum auocare, bonis legibus  
 & constitutionibus semel receptis  
 gubernare, diuinarum scripturarū  
 admonitio sedula & cognitio exa-  
 cta uel maxime spectat, in qua lex di-  
 uina ob oculos ponitur, quæ conti-  
 net in se ea, quæ Deus à nobis exi-  
 git. Præscribit etiam leges guber-  
 nandi utilissimas, docet timorē Dei

## EPISTOLA

in omnibus officijs, subditi populi o-  
 bedientiam laudat, rebellium pœnã  
 subiicit. item non modo piorum prin-  
 cipum regimen, thronum felicem &  
 stabilem promittit: quia cor regis in  
 manu Dei est, & propter hominẽ  
 intelligentem & scientem proroga-  
 bitur imperium, Prouerbiorum ui-  
 cesimo septimo, uerum etiam malo-  
 rum eiectionem, calamitatẽ, et cap-  
 tiuitatẽ minitatur. Nam princeps  
 immitis ac morosus, dissidia inemen-  
 dabilia concitat, sed iustus ac sapiẽs  
 lenitate & facilitate sua conciliat  
 uoluntates hominum, tegit aliena er-  
 rata, ac sanat: nec exulcerat reme-  
 dijs eiusmodi, quæ magis noceant,  
 quàm morbus ipse. In his itaque, ut  
 tandem finiam, concionibus, tanquã  
 in tabula depicta, omnia ea quæ ad-  
 duxi


NUNCUPATORIA:


*duxit tua Celsitudo habebit quam diligentissime proposita, quæ, ocio à publicis negocijs dato, si diligenter legerit, magnam utilitatem, fructum non dicendum, tam in ueræ religionis negotio, quam in gubernando et seruando populo in omni tranquillitate & pace, sentiet. Precor insuper, ut Christus Iesus, præsul ac custos coniugij, nouum ac sanctissimum illud uitæ genus à Deo institutum bene fortunet, sanctissimis que coniugij pignoribus, quæ fructus sunt matrimonij, Celsitudinē tuam beet. Interim perpetua in memoria resideat dictū illud Salomonis, Pro uerbiorū decimo nono, Domum ac substātiā patres partiūtur filijs, à Deo autem præparabitur uiro uxor. Valeat tua Celsitudo illustris-*



EPISTOLA

Summa, religioni Christi & Germaniæ turbatæ diu superstes Basileæ  
XV. April. M. D. XLIII.





CONCIO IN PSALMVM LXXIII  
 IOANNIS OECOLAMPADII, PVBLICE  
 habita, & nunc primum Latinitate  
 per Ioannem Gastium Bri-  
 facensem donata  
 & edita.

*Psalmus Asaph.*



**H**ic Psalmus humilitatem  
 ueram docet, & uitā sum-  
 mē obedientem ob ocu-  
 los ponit, quæ in fide in-  
 dubitata & charitate uera  
 consistit. Nihil hic de obedientia mo-  
 nachorum, qua mundum dementa-  
 runt, quæ nec utilis est, neq; Deo un-  
 quā placuit, dicit. Indicat etiam hic  
 Psalmus, quomodo temporalia bona,  
 & fluida mundi felicitas relinquenda  
 sint, & ne quidem in presentia, quæ ni-  
 hil stabilitatis habent, bona, sed in fu-  
 tura, quæ à Deo et promissa, et certè ex-  
 pectantur, speremus. Cauete à quibus-  
 dā Lucianicis hominibus, qui dicunt

a ad

## 2 COMMENT. IN PSAL. LXXIII

ad illos, qui crucis tormenta subire parati sunt ob Christi gloriam & confessionem, Nonne, inquit, consideras quid cum illo sit actum, quas sævas subierit passiones, nec sibi cōmodus, nec pueris suis? Potuisset diuitijs summis abundare, honoribus, & ipsa uita frui, sed uoluit miser esse, calamitosus, adhaerere eligens potius ærumnolis hominibus, qui nescio quid de Deo concionentur noui, quàm tot sanctis, doctis, & magni nominis uiris, qui summa religione et laude Ecclesiarū cathedras occuparunt. Sic filij huius sæculi crucem, quam Dominus ob sui confessionem pijs imponit, odibilē reddere conantur, sicq; etiā simplices, & non bene in Scriptura radicatos à uerbo Dei absterrere conantur, ne illud sincero pectore percipiant, eiq; credant. Admoniti sitis, ne à Dei præceptis ullis persuasionibus hominum etiam doctissimorum uel potentissimorum abducamini, quæ ipsa Veritas sunt, quæq; uitam

tam æternam seruantibus promittunt.  
 Irascitur Deus uehementer, cū homo  
 ad imaginem Dei conditus, uerboq;  
 Dei uiuo summa cū diligentia instru-  
 ctus, in cæcitate & ignorantia manet.  
 Vehementius autem ira cōmouetur,  
 cū homo ueritatē norit, & illam nō so-  
 lum non ambabus ulnis amplectitur,  
 sed etiam contemnit, & miris modis  
 irridet. Animal irrationale, quodcunq;  
 onus sibi à domino suo imponitur,  
 patienter fert, etiam si sub onere graui  
 immori contingat. Illud p̄i imitentur  
 in omnibus, quæ Deus eis solet impo-  
 nere. Nā non tentabimur ultra, quā  
 uires nostræ ferre possunt. Prophetæ  
 cum impiorum uoces animo uoluūt,  
 nō possunt satis admirari iudicia Dei  
 inscrutabilia, quæ tamen sciunt esse ue-  
 rissima. Legimus Hierē. 12. querelam  
 deplorandam prophetæ, cū dicit, Do-  
 mine loquar tecū iudicia, nempe qua-  
 re uia impiorū prospéretur, & tam fe-  
 lices sint, qui preuaricationem præua-

Simile

4 COMMENT. IN PSAL. LXXIII  
ricentur. Verū prius dixerat. Iustus tu  
es Domine, in hoc se excusans, quod  
non uelit ullam iniustitiam Deo ascri-  
bere. Homines cum oculos in huius  
mundi felicitatem solummodo uertūt,  
non possunt, etsi intendant omnes ner-  
uos, mirabilia Dei iudicia intelligere.  
Opus est sincera fide, talia quæ Deus  
occulto suo iudicio ordinat, uelle inue-  
stigare. Nobis modica prudētia & fal-  
lax insita est, qua ne hominis res & cō-  
silia assequi possumus. Et Dei consilia  
nos posse penetrare putabimus, quæ  
homini, ut nihil æque occultata sunt.  
Quis enim Dei consiliarius unquam  
fuit. Homines itaq; quorū sensus hoc  
presens seculum spirāt, & transitorias  
res admirātur, qui quum infortunium  
imminet, uel persecutio ob ueritatis  
professionem, contristantur, & pusilla-  
nimes fiunt, dubij quò se uertant, qua-  
si Deus non possit suis auxilio esse, aut  
quasi non uelit, & alios etiam secum  
timore non paruo percellunt. Sed hi  
sciant

sciant se non à Deo esse doctos, neque multum sollicitos de futura uita esse, imò neque Dei bonitatem uel parum degustasse. Audite igitur Psalmi istius uerba, quę nos exacte docent, quo cordis affectu ad Dominũ sit clamandũ, & qua fiducia in clamando pñ sũt præditi. Ac in omnibus huius mundi periculis, quid præcipue sit agendum edicit, quo tuti simus tam à satanę suggestionibus uarijs, quàm ab impiorum seductione & tyrannide.

*Vtique bonus est Deus Israel, 1  
his qui mundo sunt corde.*

**E**Loquar quiddã, quo urgeor non aduersus benignitatem Dei, quia scio nullã in Deo esse iniustitiam. Eloquar autem Israeli, id est populo Deũ agnoscenti, cui bonus & benignus est Deus omni tempore. Et quis illud ignorat, qui in numero fidelium est? Quẽ admodũ Iacob cum cruce affligeretur uaria, consolationẽ accepit, ac diuitias ingētes, eo modo & Christiani omnes



## 6 COMMENT. IN PSAL. LXXIII

tam in periculis defenduntur, quam externis rebus à Deo ditantur. Titulus, uolo illud uos scire, Christiani nominis nihil facit ad rem, oportet sint mundo corde, qui Deo adherere uolunt. Vt Matth. 5 habemus, Beati mundo corde, quonia ipsi Deum uidebunt. Et Act. 15. Fides purificat cor nostrum, hoc est, fides in Christum Iesum saluos nos facit. Si fiduciam in Deo habes firmam, erit cor purum. Sin autem promissionibus Dei diffidis, immundus et extra castra Dei eris. Deus talis unicuique est, qualis agnoscitur. Mali homines, & si Deum laudent, si uerbum eius in ore habeant, non mundi sunt, neque Deo accepti, quia illum adhuc pro se uero iudice habent, neque certi sunt Deum illum se uelle misereri. Mundo autem corde Deo fidunt, et nihil eque sciunt, quam sibi esse dimissa peccata, & se filios esse Dei dubitant minime. Apud illos uera laus auditur, hicque uere bonitatem Dei agnoscunt, & illam alijs ex corde assiduò

duò prædicant, quibus cum conuersationem habet in hac terra. Cum mundis enim mundi erimus, & cum bonis boni. Quorum autem mens in creaturas defixa, in his Deus nunquam rectè operabitur. Quærunt hic solum voluptates transitorias, & de æterna uita nihil solliciti sunt. Ob id his Deus non est bonus, quia non sunt mundo corde. Habent alias res, quibus oblectantur. Spurcum siquidem cor & maculatum impedit eos omnibus modis, quo minus Dei bonitatem concernant.

*Mei autem penè declinarunt pedes, ferè effusi fuerunt gressus mei.*

**F**erè mihi accidisset in hoc mundi itinere lubrico, quod communiter omnibus euenit, ut cū alijs aberrassem à uisus Domini. Nam caro ea perpetuo quærit, quæ sua sunt, hoc est suauia, oblectationes, uoluptates, diuitias, honores, & c. si Deum uere non agnoscit. Si enim nō illuminat mens hominis car-

8 COMMENT. IN PSAL. LXXIII

nalis, luce illa, quæ uenit in mundum illuminās tenebras cordis nostri, actiū de nobis est, & in tenebris perimus. Ad lapsum siquidem omnes procliuī sumus, in lubricitate ambulantes, & nemo nō est pronus ad peccandum à natura. Idcirco nostri curam diligentē geramus, ne labamur à uia Dei ad uia iniquitatis. Satan extendit rete suum, quo nos capere nititur. Oremus Dominum, ne nos deserat, neq; nos in tentationē inducat, qua eluctari non possumus.

3 *Quoniā zelum habui propter stultos, & uideo impiorum pacem.*

**Q**ui nullam Dei cognitionem habent ueram, illi nec Deum diligunt, nec proximo ex corde inseruiūt. Et tales nonne merito impiorum nomine insigniuntur, quibus etiam Dei promissiones ingratae sunt, quicq; omnia, quæ Deus dixit, et fecit, odio habēt & contemnunt, quia nihil omnino norunt

runt de Deo creatore suo ex animo lo-  
 qui. Quales nostro tempore multi re-  
 periuntur, qui uerbum Dei audire no-  
 lunt, occludentes ad Dei uocem aures  
 suas, in hoc putantes se excusatos esse,  
 quod non audiant. Verum de ijs ho-  
 minibus iam saepe in alijs Psalmis ad  
 tedium usq; dixi, quod prosperè illis  
 omnia succedant, quæcunque incipi-  
 unt. Pacem habēt, cum interim p̄i tri-  
 bulantur. Hac autem in re p̄i sæpissi-  
 me zelum habent ardentem, quod ad-  
 mirātur, quo iudicio Dei id fiat, et quæ  
 Dei iustitia ea accidant, reminiscun-  
 tur. Ideo sequitur.

*Non enim habent in morte sua liga-  
 mina anxietatum, sed integra & ua-  
 lida (est uis eorum)*

**M**OS Scripture sancte, nominare  
 omnem plagam, mortem, siue  
 fames sit, siue pestis, aut bellum, siue  
 alij morbi. Vult dicere, Habent hi hor-  
 rea plena frumentis, arcas numis onu-

IO COMMENT. IN PSAL. LXXIII  
ftas. Vendunt nō nisi nimio precio, &  
emunt quā minimo, pauperes deglu-  
bunt. Omnia deniq; audent impune,  
& in nullo defectum uel aliquem pati-  
untur. Si pestis instat, fugiunt de loco  
ad locū, medicaminibus utuntur pre-  
ciolissimis, ne pestilenti aëre inficiatur  
tenera et mollicula ipsorū caro. Si an-  
nona premitur populus uulgaris, mul-  
to locupletiores hi fiunt, quā si mes-  
sis copiolissima enata fuisset. Vestitū  
habent hyemalem & æstiualem, fri-  
gore & calore pereuntibus pauperi-  
bus. Et quid dicam? Nihil eis deest,  
quantum ad felicitatem præsentis tem-  
poris attinet. Certe hic locus optime  
quadrat in monachos nostros pauper-  
tatē professos, & Crœsi diuitijs adob-  
rutos. Census & prouentus illis certo  
tempore assignati sunt, ut si grandines  
& aliæ tempestates rusticis nocent, ip-  
sis lucro sit. Et si Deus ad egestatem re-  
digeretur, illi nihilominus diuitijs ab-  
undarēt, haberētq; quo illum laute ex-  
ciperent

ciperēt, adeo res illorū obfirmatę sunt,  
 ut in nullo, & si mūdus interiret detri-  
 mentum passuri essent. Monastici, in-  
 quam, isti ita res suas ordinarunt fau-  
 sto omine, ut beatissimi sint in toto ter-  
 rarū orbe. Dedecus etiam apud illos,  
 si quis labore manuum se sustentare  
 conaretur, essetq; id insignis sancti or-  
 dinis contumelia. Quō deuenit reli-  
 gio Christiana? Nihil interim sese cru-  
 ciant, si uel sanguinem pauperum ex-  
 sugant, instar hircudinū. Murmurant  
 paucis horis tēdiosissime, deinde pluri-  
 bus conuiuantur splendidissime, Per-  
 ficoq; more, uenationibus, ocio, alea  
 reliquum tempus peragūt. Et quo de-  
 liciarum genere hi sancti haftenus ca-  
 ruerūt? Perpendite illa. Sed interea di-  
 uites huius seculi nō excludo, imò nec  
 etiam auaros, sanguinolentos, quorū  
 beatitudo in hac uita cōsistit. Nam &  
 hi suam admonitionē hic habent, quā  
 uelim in corda illorū esse inscriptam.  
 Audite nunc, quę Spiritus sanctus ad-  
 ūciat. In

5 In miseria hominum non sunt, neque cum hominibus flagellantur.

6 Propterea tenet eos constrictos superbia, & amictus uolentiae inuoluit eos.

7 Prominet propter pinguedinem oculi eorum, & exequuntur imaginationes cordis.

8 Dissolutos reddunt (alios) & loquuntur de pessima calumnia, contra excelsum loquuntur.

9 Ponunt enim os suum in caelum, & lingua eorum graditur in terra.

**C**Athenae aureae & torques uisuntur in collo illorum hominum. Sericis sunt amicti & purpura preciosissima, cum interim pauperes fame & frigore pereant. Haec sunt spolia ex sanguinolentis bellis affecuta. Haec gloriatio illorum, quae nihil aliud in se habet, quam immisericordiae signum.

Quot pauperes praedae expositi sunt,  
quo

quo unus miles parum acquirat, qui  
 die noctuq; potationibus affidet, & a  
 lea ludit, ne dicam aliquid de scortatio-  
 nibus & alijs sceleribus, quibus hoc ge-  
 nus hominum inuolutum est. Calum-  
 niam uiduis & pupillis inferunt non  
 dicendam, seneciones morti tradunt.  
 Ob modicam spem lucelli, nec graui-  
 dis mulierculis parcunt, quas tam fœ-  
 detraçant, ut dicere non audeã, ne of-  
 fendam pias aures. Quid conducunt  
 hæ diuitiæ, eo modo acquisite. Ad ni-  
 hil aliud, quàm ad pompam, quàm ad  
 uoluptates, quàm ad omnia scelera,  
 imò ad meram insaniam. Magis autē  
 terret, quod his in delicijs ex fastu pe-  
 reāt, apud quos nulla Dei est mentio,  
 nec salutis æternæ recordatio. Viuūt,  
 quasi à se ipsis uitam habeant. Nemo  
 illos reprehendat ob scelus aliquod e-  
 norme, nisi uelit periculum uitæ subi-  
 re. Quicquid illi agūt, hoc sanctum sit,  
 & irreprehensibile, et si pessimè uiuāt,  
 ut plerumq;. Si illos non ad astra sub-  
 uehis



uehis, si non probas dicta & facta illorū, periclitaberis. Necessē illis faueas omnibus modis, ad conuiuia ab illis instructa eas, potatorem egregiū præstes. Et quid dicam? Ad omnia Amen dic, & laudaberis. Nā Euangelij mentio illis ueneni potio est. Rogāt etiam, si illorum consortium amas, ne yev de uerbo Domini dicere uelis, se Doctōribus ecclesiæ id negocij committere. Papistis præterea mirē fauent ob libertatem peccandī, qua utuntur illis consentientibus. Loquuntur pessima de Deo, & os suum audent ponere in cœlum, id est, omnia sacra & prophana contemnunt, et ipsum Deū qui in cœlis habitat, adeo perfricuerūt frontē, & omnis felicitatis æternæ uacui, quasi Deus non curet res humanas. Sed uæ illis, sentiēt tandē quid egerint. Hunc nonum uersum papistæ in contrariū sensum trahunt, si nos illis errores non dicendos obijcimus, ut Missæ abominationem, turpem uitam, auaritiam  
 in ex-

inexplebilem, & alia scelera, quibus  
 scatent, mox responsant. Nolite os po-  
 nere in cœlum, scilicet docti uiri, qui-  
 bus Scripturæ arcana tam cognita sunt,  
 quam a sino lyra. Hic uersus præcipue  
 illorum hominum superbiam indicat,  
 & fastum intolerabilem. Isti os in cœ-  
 lum ponunt, qui omnia diuina & hu-  
 mana uilipendunt, quasi Deus opera  
 illorum nesciat. Hiq; contra Deum lo-  
 qui solent friuole, si non ex sententia  
 omnia eis succedant, et contra pauper-  
 rum homuncionem, linguam ue-  
 nenatam exerunt, si possent, perderent  
 etiam omnino.

*Propterea reuertitur populus eius* 10  
*huc, & aquæ (calicis) pleni exprī-*  
*muntur eis.*

*Et dicunt: quomodo nouit Deus,* 11  
*& est cognitio apud altissimum?*

**H**Uc currunt celeri gradu paupe-  
 res & officiosi ob lucri ingentem  
 spem. Apud illos enim sunt apothecæ  
 plenæ

plenæ, & horrea frugum refertissima.  
 Ad principes, nobiles, diuites atque au-  
 uaros, ad Episcopos, Abbates & Ca-  
 nonicos concurritur ferè ab omni ple-  
 be, ob uoluptates & ocium, iusculum,  
 et haustus uini magni reputatur apud  
 plebem insanam. Si enim nullum be-  
 neficium sperarent, mox fugerent ci-  
 to pede ab istis molliculis hominibus.  
 Hęcq; est causa, cur illi summis in deli-  
 cijs uiuant, nemine repugnante. Et hi  
 peruersi cum in lutum peccatorum ue-  
 nerint, tum ita insaniunt, ut Deum sua  
 peccata non uidere sibi persuadeant,  
 sicq; sine omni conscientia, abiecto  
 freno pudoris peccant. Insuper iactant  
 se apud uulgus in hæc uerba, putas ne  
 Deum ea nosse uel curare, quæ homo  
 in terris agat? Dominus est in cœlis,  
 ibi regnat, terram autem dedit filijs ho-  
 minum, in quorum potestate est face-  
 re, quicquid uelint. Edamus, bibamus  
 scortemur, & c. Nesciunt miseri isti,  
 quod Domino nihil incognitum sit,  
 illius

Illius enim oculis omnia patent, etiam occultissima. Reputate uos scelesti illud Psalmi 94, Dixerunt, o Domine, qui populum tuum opprimunt, & hæreditatem tuam affligunt, qui uiduam & peregrinum occidunt, atque pupillos interimunt, non uidebit Dominus, neq; intelliget Deus Iacob, Intelligite insipientes in populo, & stulti. Quando prudentes eritis? Nunquid qui plantat aurem, non audiet? Aut qui finxit oculum, non uidebit? Aut qui castigat gentes, non arguit? Ipse est, qui docet hominem scientiam. Dominus cogitationes hominum, quod uanæ sunt, nouit. Similia in alijs locis habemus, quæ superuacaneum foret huc adducere.

*Ecce isti impij, felices sunt in seculo, & apprehendunt opulentiam.* 12

*Certe frustra mundavi cor meum, & laui in innocentia manus meas.* 13

*Et fui plagis percussus toto die, &* 14  
 b castigatio

*castigatio mea fuit mane per singulos dies.*

15 *Si dixerō, enarrabo in hunc modū, ecce generationem filiorum tuorū fefelli.*

**D**iscite uanitatem mundi huius nullam habere utilitatem, sed multum periculi & damnationis tam corporis quàm animæ, hoc ipso à ueritatis tramite nunquam deflectatis. Pussillæ fidei homines interdum his cogitationibus obruuntur, Cur perpetuo, inquit, paupertate premor? Cur adeo infelix sum præ cæteris mortalibus? Innocenter uiuo, oppressis & infirmis in seruiō per singulos dies, nihilominus percutior uarijs plagis, & infinitis malis circundor. Et obstinati, quicquid pio accidit, ita interpretantur, quasi Dei sit plaga, quemadmodum amici & uxor Iob fecerunt. Verum ista nihil omnino pium pectus mouere debent, Christus & Apostoli his ærumnis subiecti

facti fuerunt, et tu expers eris? An ne-  
 scis, quod filiū quem Dominus teneri-  
 rime diligit, castiget, non more seueri  
 iudicis ut perdat, sed benignissimi pa-  
 tris ut sanet, & ut filium perditum re-  
 uocet ab innumeris malis. quæ obuen-  
 tura essent super illum, si non plagis  
 istis paternis emendaretur. Neq; fit id  
 ex odio uel inuidia, ut mundus inter-  
 pretatur, sed ex intimo & paterno affe-  
 ctu, ne filius cum mundo pereat. Ad  
 Hebræos 12. habemus, Fili mi, ne cor-  
 reptionem neglexeris Domini (Audis  
 hic Dominū tibi talia disponere, teq;  
 corripere?) neq; deficias, cum ab eo ar-  
 gueris. Quem enim diligit Dominus,  
 corripit. Flagellat autem omnem filiū,  
 quem recipit. Si castigationem susti-  
 netis, bono sitis animo. Nam ueluti fi-  
 lijs uobis offert se pater mitis cum uir-  
 ga. Quis enim filius, quem non casti-  
 gat benignus pater? filij Dei in hac ter-  
 ra in fornace ferrea torrentur, peripse-  
 mata sunt mundi, multis tentationi-

bus adobrutum. Si quis idcirco illos diceret infelices, toto cœlo aberraret, et progeniem Dei abijceret, tãquam genus hominum deploratissimum. Absit, ut tale qd de Deo credamus. Si Dominus castigat, causam nouit, nobis occultũ, quare corripiat. Prohibemur enim per hæc flagella, à multis peccatis, in quæ fortasse si omnis felicitas cõcederetur, laberemur.

16 *Cogitavi itaque ut cognoscerem illud, sed labor erat in oculis meis.*

17 *Quousque introibam in sacraria Dei, tunc intelligebam nouissimum eorum.*

18 *Siquidẽ in lubricis locis ponis eos, & deijcis eos in desolationes.*

19 *Quomodo facti sunt in desolationẽ tam subito, defecerunt, & consumpti sunt ab horroribus.*

**H**omo si iuxta naturæ suæ proprietatem res humanas metitur, ad-

admiratione merito ducitur, si ea quæ  
 in mundo fiunt, considerat. Sed ferè  
 more puellarum agimus, quibus nihil  
 curæ est, quicquid accidat. Quærunt  
 ludos iuueniles, choreas ducere eis gra-  
 ta res & iucunda, & putant se bellissi-  
 me uiuere, si talia, quæ desiderât, con-  
 tingunt. Hoc autem fit, quod ad ni-  
 hil aliud educatæ sunt quàm ad uani-  
 tatem, quàm ad petulantiam. Si uer-  
 bo Domini instruerentur, longe aliter  
 uiuerent, & maiori pudicitia in ocu-  
 lis hominum uersarentur. Parentes in  
 causa sunt tantæ leuitatis, qui coram  
 illis et turpiter uiuunt, et multo turpius  
 loquuntur. In mundo labor & ærum-  
 na est, crux & angustia. Obijciunt mi-  
 serî, Iniquè mecum, quasi Deus agat,  
 sepe tacitus cogito, cum sim pauper &  
 inops, & alij diuites, qui Deum odio  
 prosequuntur, sani sunt, & in summis  
 honoribus uersantur. Atqui aliter Do-  
 minus omnia ordinat, quàm nos con-  
 cipimus, & capere possumus, Hi apud



Deum felices sunt, qui in mundo flo-  
 cipiuntur. Si Deus hominem su-  
 perbum, elatum, avarum & homici-  
 dam non punit in hac uita, iudicium  
 est certum iræ Dei. Medicus de cuius  
 ægroti salute desperauit, nihil non ei  
 permittit, siue esum siue potū petat, id  
 etiam signum certissimū medicam o-  
 pem nihil amplius in illo homine pro-  
 desse. Sic & Deus cum impijs & sce-  
 leratis hominibus agit. Illud tandem  
 manifestum erit, quū finis mundi im-  
 minet, quando Christus iudicaturus  
 est iustum suum iudicium. Propone  
 tibi ante oculos Euangelium de Laza-  
 ro & Diuite Luc. 16. & dispereā, si nō  
 iuste Deum iudicaturum diciturus sis.  
 Omnes mundi huius passiones sunt  
 transitoria, neq; diu durabunt. Perpe-  
 tuæ autem & nunquam finiendæ im-  
 pios manent pœnæ, quum p̄j æternis  
 gaudijs apud Deum conuicturi sunt.

20 *Veluti somnium sunt (quod eua-  
 nuit)*

nuit) ab euigilante. Domine in ciuitate imaginem eorum despicias.

**S**omnio res huius mundi comparantur. Siquidem multi nocturna somnia habent de diuitijs, de regno aliquo amplo & maximo, & cum euigilarint, æque pauperes sunt ac prius. Sic etiam isti superbi pauperrimi corâ Deo sunt, quanquam sine ditissimi in mundo. Vita enim nostra somnium est, & uapor exiguus. Diu diuitias nō possidebimus externas, relinquemus illas post nos, nolimus uelimus. Et quid ignorat? Sinite impios lautè uiuere, crudeliter regnare, cruce uexare alios, quid uita illorum? Somnium, & nihil aliud, quàm bulla inanis. In nouissimo die uidebunt, quid egerint. Nihil hic preciosum, quàm fides ipsa in Christum Iesum. Permittit Deus, uerū est aliquo usq; impios progredi, sed diu non perstabunt. Plaga cum augmento scelerum accedit pedetentim, qua

b 4 impij

24 COMMENT. IN PSAL. LXXIII  
impj tandem opprimentur. Sequitur  
iam locus quidam insignis de charita  
te, deq; uanitate huius mundi, qui in  
maligno positus est, quæ in crastinum  
diem mihi reseruabo, latius eum tracta  
turus explanaturusq;. Dominus Iesus  
Christus sua gratia nos donet, ut re  
gnum cœlorum corde perfectio qua  
ramus. Amen

SERMO II IN PSALMVM LXXIII.



Eri utilem animo sincero,  
reor, admonitionē perce  
pistis, quā etiā adhuc recē  
ti memoria uos seruare du  
bito minime, nempe ne cōtristemini,  
si res externæ impijs hominibus largi  
ter affluant, & omnia ex animi senten  
tia succedant. Externæ solū res sunt &  
fluxę, necq; diu cōsistentes, quibus affi  
ciūtur. Animalis enim homo non cu  
rat diuina & immobilia bona. Nec mi  
rū, quia quū gratia Dei careat, quomo  
do recte iudicare posset de ijs, quæ sūt  
salutis? Mox enim quū inæqualitatem  
fortunæ

fortunæ intuetur, putat diuitē, felicē et  
 beatū esse, cum pecunia polleat, et sani-  
 tate fruatur, pauperem autē abiectum  
 & Deo odibilem, cum pauperiem pati-  
 tur, quemadmodum de amicis Iob le-  
 gimus. Scriptura autem diuina longe  
 aliter pronūciat. Omnia, quæ in mun-  
 do sunt, dicit esse uanitatē uanitatum.  
 Neq; homo in mundum hūc positus,  
 quo perpetuo illic habitet. Transito-  
 ria omnia sunt, quæ uidemus, tã mun-  
 dus quàm homo. Verum ubi cognitio  
 uera Dei exulat, ibi non mirum, quod  
 sublimia ista non percipiuntur. Exter-  
 na nihil sunt, nisi somnium, & aqua  
 præterfluens perpetuo cursu. Cur igitur  
 homines miseri illa tam inconstan-  
 tia suspiciunt, et admirantur? Ex inne-  
 to morbo id euenit, quo omnes tene-  
 mur. Videri enim ab alijs cupimus,  
 quasi Deo accepti, sed id ex mera hy-  
 pocrisi, adeo stultitia mundi nos occę-  
 cat, ut uera fide Deum nō queramus.  
 Sic Christus incusat pharisæos Ioan-

26 COMMENT. IN PSAL. LXXIII  
nis cap. 5. & causas adiungit, cur illi  
ei non credant, dicens, Quomodo uos  
potestis credere, qui gloriam à uobis  
in uicem accipitis, & gloriam quæ à so-  
lo Deo proficiscitur, nō queritis? Qua-  
si dicat, Impossibile est, ut fiduciam ue-  
stram in Deum ponatis, cum philau-  
tia interna laboretis, morbo immedi-  
cabili, nisi ad Christum accedatur, &  
abnegatio sui fiat. Ita & ad diuitem di-  
xit Marci cap. 10. Facilius esse came-  
lum per foramen acus ingredi, quàm  
diuitem in regnum Dei. Similiter in  
parabola illa, in qua quidã uocaban-  
tur ad nuptias Luc. 14. primus uillam  
emerat, alter iuga boum quinque, ter-  
tius uxorem duxerat. Sed hi indigni  
erant gratia Dei, quia plus diligebant  
hec transitoria & fluida, quàm coeleste  
conuiuium. Diuina mysteria illis tæ-  
dio erant & molesta, quia affixi & im-  
mersi rebus terrenis. Cor nostrum so-  
li Deo adhæreat, ut impleatur dictum  
à Domino, Vade, uende omnia, quæ  
habes,

habes, & da pauperibus. Ne corde illis puerilibus blanditijs inhæreas, sed mox Christum sequere, si uocaris. Ne que uult Christus, ut omnia alijs dones, ipse nudus illum sequaris, quasi creaturæ à Deo condite malæ sint. Sed abusum hic taxat, ne plus externa illa apud te aestiment, quam Christus ipse, qui uita æterna est, & ne illa te abstrahant à ueritatis cognitione, ut ferè fit. Nam spinæ sunt, quæ semen Dei suffocare solent. Stulti quidam nostro seculo, liberos et uxorem, deniq; omnia quæ habent, relinquunt, & alijs sunt oneri. Hodie rusticum quendam opulentum exedunt, cras alium, satanæ consilium est. Vide ne plus ames illa, puerilibus crepūdijs simillima, quam Deum ipsum. Sed posside ea quæ habes, tanq̄ nō habeas, sciasq; redispensatorem esse bonorū externorū, non Dominū. Sequitur nunc in Psalmo.

*Quoniam acerbum factum est cor  
meum*

*meum, & renes mei aculeis puncti.*

**C**ertamē ingens in hominibus ori-  
tur, quum caro contra Spiritum  
pugnat. Et mala ferè consuetudo du-  
cit nos in uarios cogitatus, ut tandem  
etiam aduersus Deum murmuremus,  
dicendo, Cur illis Deus tantum felici-  
tatis & aceruum bonorum tribuit, qui  
eius nomen & maiestatem aperta fron-  
te contemnunt, & cultores suos adeò  
miserè, ut nihil abiectius sit in mundo,  
deprimunt? A quo putas fluunt fon-  
te hi cogitatus? Certe in nobis nullam  
Dei cognitionem solidam esse indi-  
cant, aliàs aliter & sentiremus, & dice-  
remus de Deo nostro & eius ordina-  
tione, qua non est melior in toto mun-  
do. Etenim diues nihil plus habet, cū  
moriendī tempus instat, quàm pau-  
perrimus quisq; & miserrimus. Com-  
mune enim omnibus sepulchrum in  
gremio terræ. Quid si sericis inuolua-  
tur diuitis corpus, quod iam insensi-  
bile

bile est, & corruptioni obnoxium, et pauper panno lacero sepeliatur? Nihil refert, Sericum frigus non dispellet, neque uermes abiget. Hoc nomine afflictus in hoc mūdo ad externa illa, quæ tumuis speciosissima oculos ne uertat, sed ad cœlestia & futura, quæ stabilia sunt, & nunquam marcescentia. Lazarus ulceribus plenus, iacens ante ædes diuitis, sed tandem ab Angelis in sinum Abrahamæ deportatus, & non dicendo gaudio perfusus, cum interim diuiti ne guttula frigida aquæ, quum inferni cruciatus sentiret, communicabatur. Hæc in animam uestram inscribite.

*Et ego fatuus eram, nihilq; sciebā, 22  
(uelut) iumenta factus sum tecum.*

**C**um ita loquor, fatuū imitor, qui absq; ratione, quicquid in os uenit, eblatterat. I Cor. 1. habemus, quomodo Deus infatuet sapientiā huius mundi. Et stultitia Dei sapientior est hominibus



hominibus. Hoc nomine nemo etiã parũ obloquatur Deo, qui omnia in sapientia disponit & gubernat. Neque felicitas in rebus fluidis existit. Stulti etiã pecunias abũdare possunt. Turcæ et omnes impij, ferè abundãtio res sũt preciosissimis quibusq; rebus, quàm religiosissimi, et cultores Dei studiosissimi. Et animalia irrationabilia æque comedunt, dormiunt & quiescunt, ac sapientissimi in mundo. Carnalis homo cum suam uoluntatẽ prauã sequitur, dicit, Edamus, bibamus, uenereas uoluptates exerceamus, cras enim moriemur. Nihil amplius habebimus, quàm illud quo corpus sustẽtatur. Sed abeant, & explodantur hiẽ cœtu Christianorum, qui alias epulas quarũt, quàm illas, quæ in regno Dei sunt. Dic, obsecro, quid magni in se habet, cum dicaris ab omnibus potentissimus, ditissimus, inuictissimusq;? Profecto inane nomẽ audis, quod perit cum corpore. Idẽ dicere possumus  
de

de illorum sapientia, Perdatur sapientia illa, quæ à Deo auocat. Vera autem cognitio Dei non uenit, nisi sapientia huius mundi apud te uilescat. Omnia externa uilipendantur, & euanescant in animo tuo, alias totus Deo non obedies. Somnium est, templum, sacrificia, ceremoniæ, & quicquid talium rerum in mundo elucescit. Utinam homines uoluptuarij, hos uersus in cordis intimum conscriberent. Oportet à mundo pro stultis reputari, si sapiens coram Deo uelis haberi. Qui sapiens coram seculi huius principibus existimatur, is coram Deo abiectissimus est. Elige unum ex istis, an stultus uelis uideri mundo, an sapiens coram Deo, Christus, Apostoli, imò omnes Prophetæ et sancti Dei coram mundo stultissimi fuerunt. Paulo dicebatur, Multæ literæ te ad insaniam conuertunt. Ex eo autem uenit, quod mundanis istis hominibus stulti habeamur, qui secundum carnem diuinam sapientiam iudicant.

dicant. Vult dicere pius animus, Ignarus rerum omnium sum, iudicia tua abscondita perscrutari nescio, neque coniectare possum, quid nam uelit sibi ordinatio tua. Sed id stultitiæ meæ imputo, quæ me plerumque ducit in has acerbas et profundas cogitationes quasi iudicia tua essent comprehensibilia. Hier. 9, habemus, Nō gloriatur sapiens in sapientia sua, neq; gloriatur fortis in fortitudine sua, nec gloriatur diues in diuitiis suis. Sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, si intelligat & cognoscat me, quoniam ego sum Dominus, qui facio pietatem, iudicium & iustitiam. Hic opus clamore ualido ad Dominum, quo talia concedat uere credere & intelligere. Neminem terrena ista et caduca remorentur. Ob externas res et nullius precij ingenti cura cruciamur, tam inquirendo, quam si amiserimus lamentando. Si digituli solum particula sanie corrumperetur, mox tonsoris exacti consilium adhibemus,

mus eius opem implorantes, ne membrum totū putrescat & pereat. Quanto maior ob aeterna bona, quæ male uiuēdo amissimus, inquisitio Medici docti deberet fieri, quo tota anima pristinae sanitati restitueretur? Non ne miseri homines sumus, cum Medicus animarum adsit, clamans post nos, ut illum accedamus, si salutem uelimus adsequi? Neque ullam pecuniam à nobis petit, sed gratis sanitatem amissam reparaturus est.

Velut iumentum) Irrationabile animal, quò eundum sit nescit, nihilominus cum ducitur ab aliquo, per omnia mansuete obsequitur. Nos qui instrumenta Dei sumus, quicquid suo Spiritu in nobis operari destinat, id patienter & agamus & feramus. Sis asinus illius, quem ipse gubernet & inequitet. Oues propriae uocem pastoris Christi audient. Et hæ errare non possunt, quia uocem alieni non solum non audient, sed etiam abhoriet omnibus modis

34 COMMENT, IN PSAL. LXXIII  
dis. Quomodo regit nos Deus? Per  
uerbum suum. Audi igitur illud, idq;  
ex corde, quod te docebit, quomodo  
Deus uere diligendus, & creaturæ o-  
mnes deserēdæ. A solo Deo pure pen-  
dendum esse, tam in rebus prosperis,  
quàm infelicibus docent sanctæ Scri-  
pturæ. Qui suo arbitrio & prudentia  
id assequi uolunt, à uia ducente ad ui-  
tam æternam longe aberrant, nemini  
plus nocentes quàm sibi ipsis.

23 *Ego autem semper sum tecum, tu  
enim apprehendisti manum meam  
dexteram.*

**T**V ducis me o Domine ignarū,  
nescientē & aberrantem in rectā  
semitā, quæ ad cœlestia gaudia tendit.  
Ego nunquam patiar me auelli à te,  
quum tu meam dexteram firmiter te-  
neas, ne ullo modo à semita uitæ decli-  
nem. Quomodo apud Deum uere su-  
mus? Charitate nempe pura et fiducia  
firma. Io, 15. Qui manet in me, & ego  
in

in eo, hic fert fructū multum, quia sine me nihil potestis facere. Hinc patet clarissimè, quomodo nos etiam hoc in seculo in Deo simus, & Deus ipse in nobis. Tale desiderium, ut iuxta Dei uerbum uiuant, in omnibus fidelibus est, hocq; excitat aliam mentem, q̄ prius habuerūt. Non ut sibi aliquid sanctitatis uel pietatis arrogent, sciunt etenim, à quo habeant omnia, & uiuere & posse operari. Dei, nemo negat, sunt dona & opera, utinam illud nobis omnibus quàm cognitissimum esset. Putechra etiam hic comparatio est. Quem admodum fidelis dux uiḡ dextera manu aliquem apprehendit, quem nouit aberrare, ducens ex mera benignitate, in uiam rectam: sic Christus suos ducit in uiam cœlestis patriæ, ne satanæ sint præda. Absq; illo enim nulla salus, neq; tuti erimus in uia huius mundi, nisi ille adsit nobis suo Spiritu, confortante et defendente nos à varijs periculis uel satanæ uel impiorum.

24 *Consilio tuo diriges me, & postea  
cum gloria suscipies me.*

25 *Quis est mihi in cœlis (præter te?)  
& tecum neminem uolui in terra.*

**S**apientia Dei adeo sublimis, ut et Angelis non plene pateat, hoc nomine fidamus consilio Domini, certique de eius auxilio sumus. Suo enim consilio ad summum honorem nos euehet, cum sumus per fidem filij eius, & coheredes Christi. Prius in profundissimo luto iacuimus peccatorum, iam cum Angelis æternas possessiones occupabimus, si uanitatibus mundi, quæ blandæ sunt à fronte, & à tergo amaræ ac pestiferæ, bellum indixerimus. Non leuis res mori mundo, & uoluptatibus seductricibus abrenunciare. Aderunt multa obstacula, ab omni parte, siue ad dexteram siue ad sinistram respicias, equibus eluctandum est totis uiribus, & strenue quicquid obstat, proculcandum. Maior honor subsequetur, quam unquam

unquam cogitaris, & si contemnaris à mundo tanq̃ peripsema uilissimum. Nihil amittes, certus sis, si Deo adhaeris. Nec id quod siue in cœlo uel terra est, si mea in Deum est firma fiducia, quicquam detrimētī adferet. Nec flocci papistarum insaniam reputetis, qui inuocationem Sanctorum inculcant, quasi omnis salus hinc pendeat. Falluntur maximè, quanquam nemo negat, illos in summo honore esse apud Deū. Et qui illos cōtemnit, qui pro Christo mortui sunt, Deum ipsum cōtemnit. Attamen adorandi non sunt, quia scriptum est, Dominum Deum tuum adores, & illi soli seruias. Nihil in cœlo sit, quod nos impediat uel parum, quo minus ad Deum per Christum toto corde accedamus. Act. 4, Nec aliud nomē datum sub cœlo inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri, quàm in Christo Iesu. Ne quis ratiocinetur, nos Christum reiicere, & non pro uero Deo colere. Precor id uobis omni-



bus ex animo, si ualetudine mala cor-  
ripiamini, uel alio quocunq; infortu-  
nio obruamini, ut illorum uerborum  
memores sitis. Verum hic latet & effi-  
cax medicamen, quod sanat & mentē  
& corpus, saltem ne dubitetis de pro-  
missionibus diuinis, & Deum in ueri-  
tate adorare non pigeat. Odit enim hy-  
pocritas tanquam præsentissimum ue-  
nenum.

26 *Cōsumitur caro mea et cor meum,  
uirtus cordis mei, et pars mea De-  
us est in æternum.*

**O**blectamentum nullum habeo  
amplius in hoc mūdo. Ossa mea  
contremiscunt, & caro consumitur ta-  
cite, imò totus, quantus quantus sum,  
tristitia consumor, postquam tuam bo-  
nitatem penitus agnouī. Valeant iam  
huius mundi delicię & uoluptates, sa-  
tis diues sum. Splendide etiam epulor,  
cum Deus mihi bene uult, quem noui  
omnipotentem esse & inuictissimum

contra

cōtra omnes inimicos meos, quamuis crudelissimos. Esa. 28 cap. dicit, Quem docebit scientiam, & quem faciet intelligere auditum, scilicet uerbum propheticum. Ablactatos à lacte, & qui recedunt ab uberibus. Obijciunt mundani, Impossibile est omnino nos ab omni læticia & uoluptate abstinere. Opus habet homo recreatione aliqua & gaudio, post labores & ærumnas huius uitæ. Lapidei non sumus, sed carnei, & ad uarias uoluptates proni. Possumus lætari, & rebus secularibus uti, & nihilominus Deo inseruire. Nemo prohibet gaudium uerum, quod fit in Domino. Absit hic omnis lasciuiam & petulantiam, quam nec Ethnici probant, Delicias etiã nemo damnat, quæ sunt in esu & potu, cum panis cõfirmet cor hominis, & uinũ lætificet. Utamur his medijs ad sustentationem corporis, non ad perditionem, & ad uarios morbos accersendos. Si autem adeo delicatè enutrieris corpus hoc tenerum

40 COMMENT. IN PSAL. LXXIII  
& corruptibile, quid aliud facis, quàm  
quod illud loco Dei habeas; Imò quic  
quid diligis, ut paucis dicam, in hoc  
mundo præ Deo, scias idololatriam es  
se. Neq; ob id esus & potus inhiben-  
tur, quasi malæ creaturæ, neq; merca-  
turæ & opificia negligenda sunt, &  
abominanda, sed uerus usus omnium  
rerum obseruandus est, ne uel parum  
donis Dei abutamur. Si nos seruituri  
ex corde et in ueritate Dei sumus, tum  
omnes creaturæ utiles nobis erunt, &  
nihil omnino nocebunt tam bestiaæ a-  
gri, quàm frumenta, & quicquid us-  
quam nascitur.

Virtus cordis mei) Alias ego peri-  
rem totus, quantus quantus sum, nisi  
tu me refocillareris. Morieris? Quid  
noui dicis? Nō ne horribilis res mors  
pallida? Sed nouimus, qui fideles su-  
mus, aliam uitam in cœlestibus. Et hæc  
consolatio mortem alioqui sequam dul-  
cem & exoptatam facit. Quia non so-  
lum in hac uita spem fixam in Chr'istū  
Iesum

Iesum habemus, aliàs maximè miserabiles essemus omnium hominũ, quos terra sustinet, sed spes nostra in cœlis est, ubi Christus regnat in æternum. Alius in hac parte uolubilem fortunã sibi putat arridere, alius in altera omnia felicia sibi promittit. Christianus autem meliorem partem habet, cum Deo suo adglutinabitur, et auscultãdo summa diligentia uerbum illius & seruando. Sic de Maria dicitur, Maria optimam sibi partem elegit, quẽ nõ auferretur ab eo. Si Deũ habes in corde tuo inhabitantem & inambulantem, optimam partem scias te sortitum esse. Reputas uilem esse thesaurũ, Deum creatorem cœli & terræ in pectore tuo immorantem & inambulantem: Maius beneficium excogitare non poteris, quo unquam Deus populum suum affecerit.

*Quoniam ecce elongantes se à te<sup>27</sup>  
peribunt, perdidisti omnem fornicantem à te.*

**S**criptura diuina fornicationē in multis locis idololatriā uocat. Vxor si fœdus cū marito semel inuitū non seruat, & alteri se miscet, adultera fit. Si nos à creaturis pendemus, in illasq̃ respicimus, à Deo deficimus, et fidē in baptismo datā frangimus, adulteriq̃ uere sumus spirituales. A luce splendida conuertimur ad densissimas tenebras, à Deo creatore et benefactore, ad diabolum perditorem humani generis, hostē infensissimū. In ueteri Testamento adulterium crudeliter puniebat, Horrenda enim pœna, sic lapidibus circumquaq̃ uolitantibus obrui aliquem, idq̃ etiam ab amicis. Quanto crudelior mors subsequi debet hos, qui Patrē cœlestem, omne bonum largissime exhibentem, contemnunt? Et si spirituale adulterium nihil reputetur à nostris hypocritis, quasi nullum sit peccatum, uel leue saltem, uidebunt tandem, quem offenderunt, & quos seduxerunt. Te admoneo, quantum  
 possum

possum, ne similis illis fias, quicquid dicunt et agunt, ex corde non fluit. Sunt sepulchra dealbata, intus pleni spurcitia & abominatione. Norunt aliquando ueritatem dicere, sed nō ut assumatur illa ab ullo, etiam uilissimo homine, ne dicam potente, sed ut suam hypocrisim, qua multis imponunt, palient.

*Appropinquatio autē mea ad Deū 29  
bona est mihi, ut ponam in Domino  
Deo spem meam, & enarrem omnia  
operatua.*

**D**Eo adhærens in ueritate, saluabitur, & de die in diem illi proximior fit, spēsque ualidior, & corde perfectior, adeo ut enarret non unum opus Dei, sed omnia, tam magna, quam parua. Neque pius satis admirari potest tam speciosa Dei opera, quo magis illa contemplatur, eo magis accendit. Vult dicere, iam sentio, & animo uerè intelligo, illum esse Dominum Creatorem omnium

## 44 COMMENT. IN PSAL. LXXIII

omnium, ideo illi toto corde & animo adhæsurus sum. Ille spes mea, salus & fortitudo, neminem alium iam deinceps inuocabo, etiam cum periculum uitę immineat. Hanc fiduciam, si bene concepta est, sequitur immensa Dei laus & gratiarum actio, atq; opera bona, quę charitas uera postulat & requirit. Hoc nomine patienter omnia aduersa feramus, bona spe freti, Deum nos etiam in agone mortis non derelicturum. Ipsi sit honor & gloria per infinita secula seculorum. Amen.

## PSALMVS LXXIIII.

*Erudiens canticum Asaph.*

Iam aliquot Psalmos de regno Christi, & promissionibus æternæ uitæ, uobis interpretatus sum, spero ingentem fructum uos inde percepisse. In hoc autem Psalmo multa de ijs, qui regnum Christi diminuunt, blasphemant, & radicitus euel-  
lere

lere conantur, habemus. Merito ergo  
 pñ ad Dominum ex intimo cordis af-  
 fectu clamitant, quo blasphemi isti è  
 medio tollantur, ne in singulos dies  
 has blasphemias audiant in Christum  
 uoces. Christianum pectus cum uel  
 cogitat nomen Dei sanctissimum blas-  
 phemijs conspui, mœrore non dicen-  
 do afficitur, taceo quod ipsum tale qd  
 designaret. Ingrati homines sunt ob  
 dona Dei concessa, qui talia æ quo ani-  
 mo possunt ferre. Zelus pius fidelium  
 pectora sollicitat omni tempore, & ni-  
 hil magis curant, quàm nomen Dei  
 summè subuehi. Profectò in quibus  
 zelus iste friget, ne putent se Christia-  
 nos esse. Duo enim hostium genera  
 nobis insidiantur, unum uisibile est,  
 alterum inuisibile, sed plus nocens. Ha-  
 ctenus Turcam loco hostium habui-  
 mus, quiq; multum damni Christianis  
 passim intulit, quod negare nemo po-  
 test, sed parum nocuit, si cõferas cum  
 hoste, qui Romæ regnum habet. Hic  
 uerus



46 COMMENT. IN PSAL. LXXIII  
uerus hostis cum suis membris fidei  
populo non solum Dei supremi num-  
men blasphemans ac sacra illius cōcul-  
cans, sed etiam fideles passim miris arti-  
bus capiens & interficiens, ne nomen  
Dei uere colant. Sole clarius est, quid  
papa, uerus antichristus cum suis agat  
miris deceptionibus & mendacijs. Id  
etiam respublicæ multæ, quæ eodem  
morbo, nescio qua spe allecæ, uel for-  
midine quadam inductæ laborant, a-  
gunt. Mirū, talia apud illos, qui Chri-  
stiano nomine insigniuntur, inueniri.  
Cur sui officij nō sunt memores, quod  
est sceleratos et blasphemos punire, iu-  
stitiam summam seruare, populum in  
pace regere, uiduas & pupillos defen-  
dere, Christi gloriam propagare. In  
conscientias hominum nullum ius ha-  
bent omnino, nec habituri sunt, neq;  
potestas illorum huc se tendit. Termi-  
nus illis constitutus est à Deo, quem  
obseruare summa uigilantia deberēt,  
ni suppliciū à Deo expectaturi. Deus  
frustra

frustra illos non dixit Deos, si officio suo bene fungantur. Si autem fiunt demones, à Deo tale nomen, quod officium illorum cōmendat, non amplius expectent.

Prophetæ sancti hanc rem longo antè tempore & cognouerunt in Spiritu, & scripserunt qualesnam exorturi homines essent. et quàm ingrati erga populum Dei & beneficia exhibita. Ob id etiam hodie cum talia accidunt, ne miremur, quasi nouum quid sit & inauditū. Christiani satis admoniti sunt harum rerum & à Christo & sanctis Apostolis. Nihil noui sub sole, crux ferenda est homini pio.

Communitè autem hic Psalmus de captiuitate Babylonica intelligitur, cum Hierusalem crudelissime deuastata est, templum dirutum, & populus miserabiliter abductus. Quod & Hieremias lamentabili uoce deplorat non uno in loco, & præcipue in suis Threnis. Id accidit similiter sub Tito et Vespasi-

48 COMMENT. IN PSAL. LXXIII  
Vespasiano Romanis imperatoribus,  
qui seposita omni clementia, populū  
Dei disperferunt occideruntq̄, & ur-  
bem deuastarunt. Verum ea omnia  
in figura contigerunt, quæ Deus Pro-  
phetis suis in Spiritu ostēdit, designās  
periculosissima illa tempora, quæ iam  
instant. Nec non tempore Apo-  
stolorum multitudo falsorum prophetarū  
in populo Dei surrexerunt, qui mul-  
tum damni Ecclesijs, suis seductioni-  
bus intulerunt, quiq̄ obscurarunt etiā  
aliquo modo nomen Dei, & ferè obli-  
terarunt, adeo omnibus modis suis in-  
ventionibus studuerunt. Nos templū  
Dei sumus, 1. Cor. 4. in quo Spiritus  
Dei gratia inhabitat. Templum uero  
illud per infidelitatē, iniustitiam, aua-  
ritiam & hypocrisim conspurcarunt,  
inhonoraruntq̄ pharisæi, sacerdotes,  
monachi, & tale hominum genus,  
quod propriam gloriam quærit. Veri  
itaque Christiani his uisis, & auditis,  
clamant alta uoce, & cum gemitu ad  
Deum

Deum cœli & terræ, ut finem his blasphemijs, & excogitato cultui Dei faciat.

*Quare Deus abes in perpetuum, et fumat furor tuus contra oves pascuæ tuæ?*

**N**Os omnes, qui Christo nomen dedimus, oves Dei sumus, lupis sequentibus resistere ualentes minime, adeo crudeles erga nos sūt. Et si Deus manum suam fortem non extenderet super populum suum, actum esset de salute eorum. Idcirco clamamus, *Quare Deus abes in perpetuum? Quare oves tuę lupis sunt præda? Contere eos, perde & macta, nullum aliud auxiliū scimus, nec querimus aliud quàm tuū.* Cum à terrenis ac transitorijs pendes rebus, à Deo es proiectus. Furorē Dei reputemus pro re maxima, nec nocentior pestis in terra est, quàm furor Dei, quem nemo aufugere potest. Deus enim nos uno digitulo, si uult, perdet  
d re,

50 COMMENT. IN PSAL. LXXIIII  
re, et usq; ad Tartara detrudere potest.  
Similitudo hic est de furore Dei. Vi-  
demus in uiris iracundia percitis spi-  
ritum, è naribus erumpentem præ ni-  
mio furore, quicq; exit quasi densus fu-  
mus, sic etiam hic Dei ira & furor de-  
scribitur. Quasi dicat, O quàm grauis  
ira Dei est, si uere irascitur, omnia pro-  
sternet, & nemo ei resistere potest. Ca-  
uete, ne iuste irascatur propter peccata  
uestra, quæ causa iræ Dei sunt. Deus  
contra populum suum, si peccat, iustè  
ira commouetur, non ut perdat, sed ut  
emendet. Si in tenebras errorũ deueni-  
mus, quomodo Deo, qui lux est, splen-  
didissima, seruiemus? Hic uidere licet  
Dei iram sæuissimam. Hieremias Pro-  
pheta nõ aliam causam huius captiui-  
tatis adducit, quàm infidelitatẽ. Cum  
Dominus permittit nos in densam cæ-  
citatem cadere, tunc cuique consilia  
sua optime placent, quisq; id, quod si-  
bi probatur, & somniauit, strenuè de-  
fendit, & usq; ad sanguinem. Inde ido-  
la

la uaria erecta, & uerbum Dei posthabitu-  
 ritum, spretum & annihilatum. Non  
 ne merito ira Dei super hunc populū  
 sauiet? Et hi licet uarijs erroribus in-  
 uoluti, à nobis nihilominus uocantur  
 oues eo, quod bona spe alimur, eas  
 breui ad cognitionem Dei, prædicato  
 uerbo Euangelij, uenturas esse, & ex  
 cecitate ad lucem, ex erroribus ad ue-  
 ritatē uenire. O Domine illumina cor-  
 da eorū, qui in tenebris papisticis sūt,  
 ne præda sint lupis illis. Ne permittas  
 simplices sic misere uarijs doctrinis de-  
 moniorum lacerari. Oramus sic pro  
 omnibus hominibus ignari, qui nam  
 ad numerum electorum à Deo ordi-  
 nati sint, neminem & si erroribus qui-  
 busdam implicitus, temere condem-  
 nantes. Absit enim à pñs friuolū iudi-  
 cium, in his reconditis mysterijs, quæ  
 nemini nota, quàm Deo ipsi. Verbū  
 Dei habemus, & eos, qui illud audiūt  
 ex corde, pro filijs Dei censemus, illos  
 autem, qui respuunt, & persequun-  
 d 2 tur

52 COMMENT. IN PSAL. LXXIII  
tur illud, scimus regni Dei participes  
non fore.

2 *Recordare cōgregationis tuæ, quā  
possedisti ab antiquo, quā redemisti  
(recordare) tribus hæreditatis tuæ,  
atq; montis Zion, in quo habitasti.*

**I**udæi hæc uerba de ipsorum capti-  
uitate interpretantur, quando ex  
Aegypto potēti manu Dei educti sūt.  
Sed unus populus est in toto mundo,  
ab æterno à Deo electus ad æternam  
uitam. Nobis cognitio saluandorum  
nulla est, imò nec satis cor nostrum a-  
gnosimus, taceo ut de alijs sententi-  
am proferremus. Est sententiā, O Do-  
mine recordare illorum, qui nomen  
tuum laudant & extollunt, qui signis  
tuis insigniti, qui uerbum tuum & le-  
gem audiunt. Hęc sunt signa uera, qui-  
bus Christianus ab Ethnico dignosci-  
tur. Qui omnē suam fiduciam in Chri-  
sti passionem habet, hūc pro Christia-  
no censemus, Meritum Christi satisfa-  
ctio

ctio est plena pro omni populo. Redēpti sumus precioso sanguine Christi Iesu, nō auro, neq; argēto, i Petri 1.

Redemisti) Alij uirgam hæreditatis habent. Et est sensus, Christiana ecclesia est uirga hæreditatis tuæ. Nam per uirgam hæreditates emetiuntur, quemadmodum & agros diuidimus. Neq; uoco hos solum Christianos, qui sub papa uero antichristo sunt, sed etiam illos qui sparsi sunt per totum orbem terrarum. Nolo ita in arcū Christianum populum contrahere. Tribus tuæ hæreditatis sumus, populus tuus peculiaris, rogamus, ne unquam nostri obliuiscaris. Scimus erga nos benignam tuam uoluntatem, scimus quod misericordiarum tuarum non est numerus.

*Leua uestigia tua, ut deuastes in 3  
perpetuum omnem hostem, qui male egit in sanctuario.*

d 3 Oramus



**O**Ramus ardentí desyderio o Domine Deus, quo errores malorū hominū penitus concidāt, per quos à uera & solida fide, quā in te habemus, nos abducere nituntur. In hoc prò dolor, summis etiam uiribus incumbūt, ut Deum nostrū pure nō colamus. Leua igitur o Domine uestigia tua, id est, cum potentia illos debella, & contere pedibus tuis, qui sanctuarium tuum polluūt, qui legem per Mosen datam cōtemnunt, & pro fabula habēt. Age ne pręualeant hostes tui, qui talia designāt. Vis tu orare pro omnibus? Parerit, ut dilectio uera in te sit, si illa exulat, nō poteris uerè pro alijs orare. Qui turpiter uiuūt, uarijs peccatis quotidie se maculāt, quo pacto illi possunt Deo gratas preces fundere? Ne igit̃ quemuis hypocrisis sua decipiat. Olim templū Hierosolymitanū destructum est, et populus omnino dispersus. Verum alia res cum Christianis, qui haud quam omnes conculcantur, etsi seuior  
 adhuc

adhuc hostis esset. Reliquias Deus habet suas semper, & habebit, hoc est fideles, q̄ Deū colentes & timentes semper inuenti sunt. Christiana ecclesia sanctuariū uerum est Domini, et templum ipsum, in quo Dominus inambulat. Præcipuus autem in templo Domini thesaurus est uerbū ipsius, fides in Deum, & charitas in proximum. Charitatem & summā inter nos concordiam sacramenta adferunt si bene, & iuxta institutū Christi illis uitmur. Hęc sunt aurum, argentum, lapides preciosi, & insignia templi Dei. Nec ea in templis Dei, quæ auro, marmore, & ebore insignita sunt, uisuntur. Nec illa ornant templum Dei quantum uis preciosissima, alia longe preciosiora Dominus requirit. Scio grauem esse papistis sermonē hunc et intolerabilem, si externū ornatum templorum taxo, sed ipsissima est ueritas, quod dico. Ornatum uirtutum Dominus requirit, & misericordiæ opera,

Matth. 23. Insuper quod summa diligentia Deus nobis commisit, id illi miseris homines obtenebrarunt humanis traditionibus, ex quo secutum est, ut homines creaturis merita sua ascriberint, illas inuocarint, imò horreo dicere, lapides & ligna adorarint, & sic Christi meritum penitus abolitum est, & in obliuionem positum. Nonne res deploratione digna? Qualesnam Christiani sumus, apud quos Christi meritum tam parui reputatur? Si fundamentum solidum salutis non ponitur, corruet ædificium, & omne quod superstruitur. Christi meritum seposuimus, & quid edificare absq; illo poterimus? Hinc errores, hinc fiducia operum, hinc peregrinationes, et alia huiusmodi. Nōne omnem lapidem adhuc hodie papistici nebulones mouent, quo uerbum Dei è manibus nobis rapiant? Nemo non id nouit. Testamentum nouum & uetus inhibent multa non dicenda, ne à simplici populo legantur

gantur. Cōcionatiores ebrij, scortatores et blasphemī cōducuntur, et amantur qualia putas ēdificia ab illis extruī, quorum animus ad perditionem inclinat, posse? Quem later, quid cum sacramentis sit actum, externe omnia peregerunt honorificentissime, interna nihil omnino curantes. Exterior aqua Christianū non facit, si non intus baptizeris Spiritu sancto, & postea uitam emendaueris iuxta uerbi Dei præscriptum. Cœnæ Dominicæ parūcipes hodie ferē omnes fuimus, sicut & sacrificuli quotidie, pauci autem internam munditiem curant, pauci cibum animæ cogitant quidem, adeo nihil de uero sacramentorum usu intelligimus. Illuminatis ea quā cognitissima esse deberent, aliās satius procul hinc abesse, quā more Iudæ Ischariotis comparere apud hāc tremendā mensam.

*Rugierūt aduersarij tui in medio 4  
ecclesiarum tuarum, posueruntq;  
signa sua signa. d 5*

**Q**Vando hostes Hierusalem arma-  
 ta manu debellarunt & obtinue-  
 rūt, templumq; destruxerunt, tunc cla-  
 marunt, et iubilauerunt ob partam uicto-  
 riam, sed nullam in templo Dei partē  
 hi habebant. Quemadmodum Hiere-  
 mias dicit, Clamant quidem, non ut  
 Deum laudent, neque ut gloriam eius  
 uindicent, sed ut blasphement, con-  
 culcent sancta, et obscurent, quicquid  
 Diuini cultus adhuc superesset. Sa-  
 crificuli nostri simili modo in templis  
 boant more pecudum, & nesciūt quid  
 agant, neq; intelligunt ea, quæ alta uo-  
 ce clamant. Apostolus præcepit, ut ni-  
 hil agamus in ecclesia fidelium, nisi id  
 quod ædificet. Hi seductores & ido-  
 la, potestate sua & splendida pompa  
 etiam reges terrent. Si quid mandant,  
 obediendum est, nisi uelis periculum  
 uitæ subire, aut fulmine Petrino peri-  
 re. Neq; simpliciter mandant, sed pœ-  
 nam æternam non obedientibus mi-  
 nantur. Quādo Apostoli, dicite, quæ  
 so,

so, egregij imitatores Apostolorum, ta-  
 lia fecerunt in rebus externis? Hoc pess-  
 me habere debet omnes Christianos,  
 quod mandata illa, quibus ferociunt,  
 ac populum simplicem à lectione diui-  
 na deterrent, contra Christi uerbum  
 apertum sunt. An non omnia dicta  
 Christi ponunt in dubium isti hypo-  
 critæ? Adscribunt sibi potestatem ad  
 inferna loca, quasi satanæ principes  
 essent. Imò dicunt, si papa multa milia  
 animarum in Tartarū mitteret, repug-  
 nare debere neminem, nisi extrema ue-  
 lit pati. Consilia præterea ipsorum om-  
 nia huc tendunt, quo pompam illam  
 & fastum, quo iam fruuntur bellissimè,  
 perpetuò habeant, & exerceant erga  
 omnem populum. Maiorem tempo-  
 ris partem consumunt epulando, per-  
 greccando, uenando, ludendo, & belli-  
 gerando, nullam horam in legendo di-  
 uina, meditando, & orando collocant.  
 Bullas ingentes proferunt, certe bul-  
 las, contra quemuis, cui parum impia  
 &

& turpis ipsorum uita placet. Signa sua ponunt ad crucem Christi, ut manifestetur furor & insania ipsorum. In bellis cruentissimis ferè primas partes tenent, nec post principia stant, sed in medio, quo possint exactius sanguinẽ interfectorum uidere. Vide qualis populus, quem egregie Paulus 2 Thessalon. 2 suis coloribus depingit, antichristi mentionẽ faciens. O Iesu Christe libera nos ab istis hostibus ecclesiæ, qui die noctuq; nihil aliud agunt, quam ut pijs noceant. O Domine iuste aduigila, ne ueritas tua pessum eat, & ne illi nobis perpetuò dominantur in tui nominis ignominiam.

- 5 *Cognitus erat quasi adducens (ligna) ad subline aliquid, qui secures (mittebat) in perplexas arbores.*  
 6 *Nunc autem sculpturas eius pariter bipenni, et malleis confringunt.*

**I**N hoc ira & furor ipsorum palàm fit, cum uerbi Dei concionatores & persequuntur

persequuntur crudelissimè, & satanæ tradunt. A cuius exemplo hoc didicerunt: A satana hoste humani generis, cuius uices gerunt in hac terra. Multos hi ab ecclesia securi, & bipenni falsæ doctrinæ, secant, & in maiores errores conijciunt, hocq; est lapides à templo Dei decidere & confringere. Christus unica porta est, quæ ad salutem ducit æternam. Etsi omnes eius ministri portæ sint, hoc est cooperatores ad salutem, nihilominus illi non possunt salutem dare per se, quod solius Christi est. Atqui isti nihil nõ iuris siue in cœlo, siue in terrâ sibi adscribunt. Si quis parum reuult iugum papisticum ferre, potestatem secularem inuocant, quo membrum illud Ecclesiæ perdat. Et sic rami ab ista ecclesiæ arbore quotidie franguntur absq; omni misericordia. Sicq; tam ecclesia perit, quàm templum ipsum. Commissura quædã omnium rerum esse solet in populo Dei, tanquam si multi alsees coniungerentur



62 COMMENT. IN PSAL. LXXIII  
gerentur bitumine optimo, sed hi de-  
struunt, dissecantq; hunc populum hu-  
manis traditionibus, & somnijs à sata-  
na immixtis. Iam fingunt nouos fidei  
articulos, iam ordines, Augustini, &  
Francisci, et c. instituunt. Et quis has  
laruas, quibus dementarunt Christia-  
nū orbē, enumerarit? Quasi Christus  
hoc genus uitæ nescierit, quasiq; ipsi  
Christo sapiētiores sint, in quos omnes  
thesauri sapientiae et scientiae Dei abs-  
conditi. Attendite, quò uentum sit in  
Christianismo, q̄ pauci Christi præ-  
cepta agnouerint, & impleuerint, &  
quàm multi sanctissimam Dei legem  
pro fabula habuerint. Maiorē discor-  
diam Ethnicis, quocunq; in loco suos  
Deos coluerunt, nunquam habuerūt,  
quàm Christiani ob dogmata sua. In-  
cusant illi nos, cum parum dissidiij in  
ecclesijs nostris appareat in externis re-  
bus, in salutis autem doctrina, an non  
omnes concordamus? Purī homines,  
& concordēs incusant nos, quasi nul-  
lum

lum unquam dissidiū haectenus in papatu fuerit: Nos humilitatem, & pietatem docemus, illi superbiam & extirpationem piorum. Nos Christiani mediatorē prędicamus unicum, illi sanctis demortuis, nescio quibus, quosq; ignorant, an beatitudine fruatur, nec ne, initia salutis adscribunt, idę sine omni Scriptura diuina astruētes. Omnes membra esse unius corporis Ecclesię debemus, sed illi hodie unum membrum abripiūt, cras aliud, donec totum corpus mutilum reddant & fœdum. Etsi uideāt se nihil proficere suo immenso furore, nihilominus obfirmarunt cor suum ad omne malū. Breui iudiciū Domini subibūt, in quo uera Christū illis prędixisse, cognoscēt.

*Miserunt in ignem sanctatua, & 7  
in terram (descentes) polluerūt  
tabernaculum nominis tui.*

**I**gnis tribulationem, crucem, & angustias significat hoc in loco. Quū uerbum

64 COMMENT. IN PSAL. LXXIII  
uerbum Dei derelinquimus, huc ex  
ira Dei iusta deuenimus, ut nostris in-  
sanis cupiditatibus obsequamur, quæ  
nos ad damnationem æternam præci-  
pitant. Aliqui hunc uersum de coniu-  
gali statu interpretantur, neque illi er-  
rant. Atqui Pauli interpretationē pro-  
bamus, qui dicit nos templū esse Dei,  
cum de fornicatore mentionem habe-  
ret. Si cupiditatibus, quas satan omni  
momento suggerit, quò nos proster-  
riat, locum damus, corpus nostrum di-  
spergitur, et totus populus Dei per ma-  
lam uitam nostram commaculatur, a-  
deo nisi resipuerimus, scelus addemus  
sceleri. Hi cū uerè polluant sanctuariū  
Domini, cum talia peccata perpetrāt,  
quæ nec inter gentes audiuntur. O pa-  
pistæ multis lachrymīs digni, uos tam  
foede ecclesiam Domini polluistis, &  
omnem Scripturā deprauastis, ut nul-  
lus unquam hostis, quantumuis cru-  
delissimus.

Dixerunt

*Dixerunt in corde suo, ſæuiemus  
in eos pariter, exuſſerunt cunctas  
ſynagogas Dei in terra.*

**Q**uaſi dicat, Raptores ſunt nocentiſſimi, nō ſolum corpus perdunt, ſed animam ſuis mendacijs ad inferos ducunt. Egregie nobis imponunt, & miro ſuco, dicentes: Noſtra oratione ē purgatorijs pœnis animas ueſtras liberamus, adeo efficax eſt apud Deum oratio noſtra. Cœlum aperimus, aut claudimus, pro ut libitum eſt, hæcque potestas à Petro ad nos fluxit. Remiſſio peccatorum in manibus noſtris eſt. Et qd non habemus à Chriſto nobis ſacerdotibus traditum: et c. His artibus totius mundi diuitias collegerunt, potentatusque innumeros, ut etiam Cæſarem & reges ſubditos habeant, & ad iniqua uota obediētes ſibi uendicarunt. Et ex his eccleſiæ bonis, quæ pauperum erant, equos ſtrenuos, & aſinos obefos, milites, canes  
e ſcorta

scorta, adultores, nolo obscena adde  
 re, educarunt. Atque sic in quietâ pos-  
 sessione hæctenus bellissimè uixerunt,  
 immunes ab omnibus exactionibus,  
 onereq; publico, quo pauperculæ ui-  
 duæ depressæ sunt. Res lachrymis di-  
 gna. Maior illorum pars nescit, quid  
 sit Deus, si quis cum illis conferret. Be-  
 neficia pinguia amant, quæ tamen ip-  
 si nō possident, alijs id negotij deman-  
 dantes, qui penitus amusi, & agasones  
 sunt. Quomodo illi populum uiam  
 Dei docerent, quam ipsi nunquam in-  
 gressi sunt, nec didicerunt? Non fru-  
 stra ea uobis sint dicta, causa adest ma-  
 nifestissima. Nemo iam amplius quæ-  
 rat, quare ecclesia a deo misere seducta  
 sit. Hi omnium errorū patroni et semi-  
 natores fuerunt. Exercete uitam ue-  
 stram erga proximū in charitate Chri-  
 stiana, & humiliate uos ex corde, co-  
 ram Deo. Edite et bibite in hoc ieiunij  
 tēpore ad naturę sustentationem, non  
 oppressionem, Eleemosynas ex super-  
 fluis

fluis, pauperibus hilari uultu & larga manu date, ut in Domino tandem moriamini et uiuatis. Orate Dominicam orationē, Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, et c.

## SERMO II. IN PSAL. LXXIII.



Uemadmodū nullus periculosior morbus, quam cum egrotus nec agnoscit nec sentit morbum, imō cum ridet, & iocatur, quasi extra omne periculum sit, sic etiam in spiritualibus morbis sese res habet. Prophetæ olim uiderunt malum uenturum, Apostoli similiter in Spiritu et uiderunt, & manifestarunt etiam, testādo id lachrymis et eiulatibus, quem admodum & Hieremias Propheta sibi optat fontem lachrimarum, ut Hier. 19 habemus. Quis, inquit, det, ut caput meum sit uena stillicidiij, ut deplorē die noctuq; interfectos filiæ populi mei? Et hic luctus precipue in hoc Psalmo nobis describit. O quam pau-

cos contristat hoc malum, quod signū est pessimi morbi, quo laboramus. Predictum id prius à Domino, ne omnino desperemus, quū his malis obrui mur. Eueniet id nobis in bonū, si uoci eius obaudierimus. Si autem uitā nostram sic sedulo admoniti, non emendauerimus, nihil residuum erit, quā ut maiorem plagam subeamus, quā Hierosolymitani unq̄ perpeffi sunt. Qui habet aures audiendi, audiat.

- 9 *Signa nostra non uidemus, nec est amplius Propheta, & nemo est nobiscum qui sciat, quo usque.*

**H**Oc est, angustijs, & innumeris periculis undiquaque circumdamur, & nulla signa uidemus liberationis, quemadmodū antea in Aegyptiorū terra. Dominus nos omnino deseruit, quia nemo illum amplius requirit, nec cognoscit. Hocq̄ dixerūt Hierosolymitani cum excinderētur ab hostibus. Nos adhuc hodie in conscientia

tia nostra signum uidemus nullum, ut  
 aliqui à peccatis desisterent, uitam no-  
 uam instituendo. Horum signorū ex-  
 empla ecclesiam ualde honestarent. Si-  
 gnis, quæ Deus in Aegypto per Mo-  
 sten populo Iudaico fecit, non habe-  
 mus opus. Neq; etiã miracula à Chri-  
 sto facta cupimus uidere, quia parum  
 utilitatis nobis adferrent, quemadmo-  
 dum & Iudæis. Emendatio uitæ pec-  
 catricis nobis loco signi maximi est.  
 Qui nouam doctrinam et inauditã se-  
 rere uult, signis & prodigijs eam con-  
 firmet, oportet. Nos nihil noui prædi-  
 camus, neq; aliquem, qui tale quid co-  
 naretur, in nostro consortio diu susti-  
 neremus. Christum Iesum crucifixum  
 prædicamus, in quẽ sancti patriarchæ  
 crediderunt, quem Prophetæ, & Apo-  
 stoli, omnesq; pijs semper docuerunt,  
 & adhuc hodie docent, ob id nemo  
 signa à nobis expectet. Papistæ signis  
 suam falsam doctrinam adstruere de-  
 bent, quæ non ex Deo est, neq; gloriã



Dei querit. Etsi signa facerent quidam  
 & talia, quæ nullus unquam fecit, at-  
 tamen illis non esset credendum, imò si  
 Angelus è cœlo ueniret, & aliud fun-  
 damentum poneret, præter id quod po-  
 situm est, anathema debet esse. Stulti  
 homines, & peruersi signa à nobis ef-  
 flagitant. Nostra fides signis non con-  
 firmatur, sed unctiōe Spiritus sancti.  
 Qui signis Apostolorum non credit,  
 quæ totus mundus celebrat, ille etiam  
 neq; nostris, quamuis maioribus, cre-  
 deret. Valeant hi. Hoc nobis maxime  
 dolet, quod nemo se emendat iuxta  
 Dei uocem, hucq; tendunt omnes no-  
 stræ querele die noctuq;. In prima cap-  
 tiuitate Babylonica dicebat Propheta,  
 Tēplum est destructū, populus partim  
 occisus miserabiliter, partim abductus  
 in captiuitatem. Iam uidetis me cum  
 uestro maximo malo uera prædixisse.  
 Aderant eo tempore multi falsi Pro-  
 phetæ, quibus fides habebatur, quiq;  
 tanti fiebant, ut ueri Prophetæ, à Deo  
 missi,

missi, omnino cōtemnerentur. Quem  
 admodum etiam tempore Manasses  
 acciderat. Nullum tempus, quod non  
 aliquos insignes Prophetas habuerit,  
 quos Deus singulari dispensatione mī  
 sit mortali generi, ut peccata populo  
 obijcerent, pœnamq̄ effugere posse,  
 quæ peccata subsequi solet, si uita e-  
 mendaretur, indicarent, nec non gra-  
 tiam Dei præsentē fore significarent,  
 si resipiscerent, uitamq̄ innouarent.  
 Quum autem ueritas Dei et damnum  
 imminens prædicatur, & magni illi Io Die grossē  
 annes ob non dicendam superbiam, Hansen  
 auaritiam, scortationes, adulteria, &  
 blasphemias tam in Deum q̄ in san-  
 ctos reprehenduntur, tunc ignis in te-  
 cto ardet, clamant mox, Crucifige eū,  
 tolle, tolle nebulonē, seductoremq̄ il-  
 lum. Audetne ille uilis homuncio nos  
 sanctulos castigare? Papa & cardina-  
 les multos pios uiros neci dederūt, qui  
 uelut per transennam solum uitia illo-  
 rum uiderunt, ac molli digitulo attige-  
 runt.

72 COMMENT: IN PSAL. LXXIIII  
runt. Et quid iam contra nos, qui uer-  
bi ministerio præsumus, deblaterant  
Papistici? Dicunt, nos negare Deum  
curam suorum habere, ecclesiam Chri-  
stianam prolapsam in uarios errores,  
quasi Deus populo suo destitutus iam  
lōgo tempore sit. Mendacia sunt, quæ  
de nobis spargunt, populum in nos  
concitare hac uafricie uolūt. Dicimus  
Deum perpetuo habuisse suos & nos-  
se, eosq; ei seruissse. Dicunt etiam isti  
peruersi, quod odiosos nos reddāt om-  
nibus, putas Deum mundum in ista  
cæcitate tam diu permisisse, & in tam  
magnos errores cōiecisse, quemadmo-  
dū illi dicūt. Ne credatis illud, q̄a usq;  
ad consummationem seculi promisit  
se cum suis fore. Considerate hic astu-  
tiam satanicam. Nos longe aliter ea  
proponimus, cum de erroribus sacer-  
dotū mentio est. Quæstio est, quinam  
sunt Dei, uis id scire? Qui eius uocem  
audiunt, & alium non sequuntur. Io.  
10. Valeant duces cæci cæcorum. Neq;  
pro-

prophetia caruit ecclesia Christi unquam, neq; uero sacrificio. Nam prophetizare, est scripturam Dei interpretari, iuxta sensum Spiritus, nec addere de suo quicquam, nec aliquid demere. Qui addit aliquid, uel demit, falsus Propheta censebitur. Inde liquidū erit, semper Prophetas ecclesiam catholicā habuisse. Si prophetias habuit, etiam non caruit gratia. Atqui contempto uerbo Dei, & spreto, Prophetis eiectis, ira Dei mox incandescit super homines adeo, ut sui cognitionem subtrahat, relinquens malos suis cupiditatibus per omnia respōdere, hocq; iusto suo iudicio. Nec ideo relinquit suos, quos ab æterno elegit, & si quidam uarijs erroribus inuoluantur. Et quid hi agunt, quibus Dei uox iam incepit displicere? Pios Prophetas proscribunt, hypocritas in eorum locum substituunt, qui placentia dicunt, Iactant enim hi plenis buccis Romanæ ecclesie potestatem, et indulgentias ad-

74 COMMENT. IN PSALM LXXIII  
ornant, quibus commode simplicem  
populum spoliare poterunt. Dico uo-  
bis in ueritate, uideo iram Dei immi-  
nentem, & nisi breui resipuerimus, a-  
ctum de nobis erit omnibus. An non  
lamentabile factum, eum, qui nihil q̄  
Dei omnipotētis laudem prædicat, in  
exilium mittere? Oportet, si Scripturis  
diuinis credimus, hominem omni ex  
parte ad Deum per Christum Iesum  
adducere, nec ad ullam creaturam, nec  
sanctum, quamuis miraculis clarum.  
Si quis aliud docet, scias meras blas-  
phemias illum docere. Velim prudens  
magistratus me in ius uocaret, si ratio-  
nem meæ doctrinæ ex diuinis scriptu-  
ris non darem solidissimè, poenam su-  
biturus essem inauditam. Putas tu, si  
Dominus Christus in terram ueniret,  
quod fidem inuenturus esset, cum om-  
nia adeo deprauata & deplorata sint,  
præcipue apud proceres ecclesiæ?

10 *Vsq̄quo Deus exprobrabit ini-*  
*micus?*

*eus, & blasphemabit hostis nomen  
tuum in perpetuum.*

**E**O modo, & sancti Prophetæ ora-  
runt, et nos, qui Christiani sumus,  
quotidie in cordibus nostris nihil ali-  
ud cogitamus & sonamus, quàm ut  
cesset inimicorũ insolentia contra no-  
men Dei sanctum. Non de temporali-  
bus bonis, inani gloria, et honore mun-  
dano anxij sumus. Sed hoc sollicitos  
reddit & perturbatos, quod uerus Dei  
cultus expellitur, & omne quod ipse  
instituit hominibus ad salutem, con-  
temnitur et irridetur. Quid hoc aliud  
est, quàm Deum e sede maiestatis suæ  
deturbare, aliumq; substituere uelle?  
Cum Hierusalem undiq; ab hostibus  
crudelissimis cincta esset, clamor et ma-  
ledictiones audiebant, quasi Deus ne-  
sciret modum suos liberandi, Nam le-  
gimus 2. Reg. 18, Dixit Rabsake, Non  
ne ponis fiduciam tuam in baculo isto  
arundineo cõfracto super Aegyptum,  
et c:

etc. Qd' si dixeritis mihi, in Domino  
 Deo nostro cōfidimus, nonne iste est,  
 cuius abstulit Hizkijahu excelsa atq̃  
 altaria eius, dixitq̃ ad Iehuda & Ieru-  
 salē, Coram altari isto adorabitis in Ie-  
 rusalem? Et alia huiusmodi blasphema  
 uerba sequuntur. Idem adhuc hodie  
 impij homines contra pios eblaterāt,  
 dicētes, Ecce quem finem iste sortitus  
 est, hic suspenditur in arborem, alius  
 aquis fœtidis submergitur, tertius pro-  
 scribitur cum uxore & liberis. Cur nō  
 in papismo manetis, Cæsari & Princi-  
 pibus, Papæ & Episcopis gratificaturi,  
 qui æque salutem à Domino sperant  
 atque uos? Terrores huiusmodi indi-  
 cant, ne guttulam Christiani sangui-  
 nis in illis esse. Minæ tales ne terreant  
 ullo modo pia pectora, quæ Christo de-  
 dicata sunt. Opto illis hominibus in di-  
 uinis rebus talem, quam hostes Euan-  
 gelij habent constantiam & pruden-  
 tiam. Quare non dicunt, Gratificare  
 Deo cœli & terræ, ad eius mandata re-  
 spice

spice, neque parum declines in viam  
 peccatorum, toto animo Deum cole,  
 & proximo charitatis opera exhibe.  
 Misera res, quum plus illum timemus,  
 qui corpus interficit, quàm illum qui  
 corpus & animam in gehennam dei-  
 cit. Sunt alijs qui æque errant, diuinam  
 & æternam sapientiam posthabentes,  
 aliud ordinare, quod Deus non iussit,  
 audentes: qui etiam quicquid Episco-  
 pi concludunt & affirmant, pro sancto  
 & rato habent, non curantes an som-  
 nia mera ipsis obtrudantur, an uerbũ  
 Dei infallibile. Tales consultores Epi-  
 scopi nostri in suis cõfessibus habent,  
 quibus nihil aliud cordi est, quàm adu-  
 lari, & ad omnia cõniuere ob spem lu-  
 cri alicuius. Signanter autem dicit, No-  
 men tuum blasphematur. Hic tempus  
 loquendi, & non tacendi. Qui nomen  
 Dei blasphemijs conspurcari ferre po-  
 test, hic non est eius. De nomine & fa-  
 ma nostra non admodum solliciti su-  
 mus, & si multa cum mendacio, Deo  
 sit



78 COMMENT. IN PSAL. LXXIII  
sit laus, de nobis impij confingant.

11 *Quare auertis manum tuam & dexteram tuam? de medio sinus tui (profer eam, ut hostem) consumas.*

**Q**uo usque manus tuas o Deus, iuste iudex, in sinu continebis? An non hostem, qui hæreditatē tuam polluit & disperdidit, consumpturus es? Tuum est, nos uindicare, & ultionē sumere, ut eo tutius & alacrius te laudare possimus. Et hæc est oratio sanctorum uerē in Deum sperantium, nō impiorum, quibus uindicta in corde latet, & ebullit, quo ipsi pacifice hac uita fruantur, & suam tyrannidem eo commodius exercere possent. Nabuchodonosor, Nero, Diocletianus, & alij crudelissimi tyranni, nihil sæuitiæ omiserunt, totisq; uiribus institerunt, quo nomē Dei aboleretur, sed frustra hoc saxum uoluerunt. Crudeliores autem tyranni, hæretici nempe, exorti sūt, specie Christiani, in corde interim  
lupi

lupi rapaces, qui se pro Deo uendica-  
runt, spiritualia cum temporalibus cō-  
miscetes, nihilq; aliud cogitantes &  
agentes, quam ut suis uoluptatibus &  
conatibus nemo obsisteret. Hi solent  
sæuire in quosuis innoxios sine omni  
misericordia. Scitis multos fideles nō  
procul hinc crudelissimè, more pecu-  
dum, mactatos esse, de quorum probi-  
tate, innocentia, & integritate uitæ e-  
tiam hostes testificantur. Hæc cor no-  
strum tangāt ad clamandum assiduo,  
ne Deus peruersos hos ita sæuire per-  
mittat. Sequentia nunc uerba spem fi-  
delium erigunt, ne desperent de salute  
& liberatione in ipsa persecutione.

*Deus enim rex meus est ab anti- 12*  
*quo, qui operatur salutes in medio*  
*terre.*

**N**E pusillanimes et abiecto animo  
simus, neq; timore percellamur,  
regi cui seruimus, nos curę sumus, qui  
Deus est ab antiquo, ante omnia secu-  
la,

la, promisit suum nobis auxilium. Hic Propheta respondet impijs, qui putant actum esse de populo Dei, quum adeo miserè tractant. Vult dicere, Deus noster misericors est, benignus, sapiens, potentissimus, perpetuo suis auxilia prebuit, etiam in medio terræ, quando circumdati essent hostibus, ut nullus euasioni locus esset. Nouit perdere hostes leui momento. Prostrauit aliquando crudelissimos hostes populi sui non uno in loco, cum eis utile esset, & ad gloriæ suæ propagationem faceret. In numerato habes miracula, signa et prodigia populo Israel facta, & omnem abijcies timorem & desperationem de salute. Hinc utilitas uerbi Dei discitur, quod in tribulationibus optimū medicamentum est, contra omnes insultus tam satanæ quàm hostium.

13 *Tu dissipasti in fortitudine tua mare: tu confregisti capita draconum in aquis.*

*Tu*

*Tu contriuristi capita ceti grandis, 14  
& dedisti illum in cibum populo so-  
litudinum.*

**M**Oses iussu Dei percussit mare, filijs Israel undique montibus et aquis inclusis, egressum dans, & mare diuidebatur in duos muros, ut effugeret populus Dei hostium minas. Regem Aegypti uocat draconem & Leuiathan, cum filios Israel persequebatur. Fortissimos quosque reges Dominus submersit cum Aegyptiorum rege. Domino leuis res est perdere tyrannos immanissimos, ille igitur timendus & colendus, qui talia potest. Magnifici & potentes auro ac argento splendidi ingrediuntur bellum, hicq; spoliū ingens expectatur, quū uicti fuerint. Eodem modo, qui iuxta solitudines habitant, prædam quotidie expectant, quam mare ex naufragio accipit, eijcit, quia mare omnia, quæ accipit, mox eijcit ob naturæ suæ assuetudinem

f      dinem

dinē. Sic Dominus multo facilius con-  
 teret hostes populi sui & disperdet, ut  
 sine omni labore capiant eorū spolia,  
 & occidātur. Spiritualis sensus hic nō  
 negligendus est. Exitus ē mundo spiri-  
 tualis est eorum, qui per Christum li-  
 berati sunt, & hi nouam uitam in hoc  
 mundi lubrico itinere instituūt. Chri-  
 stus mundum & satanam debellauit,  
 ut fidelibus nihil omnino iam dein-  
 cept nocent. Qui hoc ex corde &  
 uere cogitat, creditq; huic mundus ut  
 ctus est, & omnia aduersa nihil noce-  
 bunt. Christus rapinā abstulit ad infe-  
 ros descendendo, mortis aculeum fre-  
 git, nosq; in tutum collocauit. Verum  
 cum hostes uisibiles et inuisibiles nihil  
 nocementi inferunt, nemo obliuiscat-  
 ur, id non esse nostrarum uirium, sed  
 Christi filij Dei, huicque gratias aga-  
 mus sedulo, ne nos nobis ipsis ob in-  
 gratitudinem derelinquat.

15 *Tu ex scissuris produxisti fontem*

*et*

*Et fluum, tu exiccasti flumina ualida.*

**I**N deserto petra percussa est, et aquã dedit filijs Israel. In terra promissionis Iordanis exiccabatur, quæ mirabilia Dei opera satis ipsius potentiam exprimūt. Spiritualis sensus hic pulchre oritur. Diuisiones fontium & nos habemus, ex petra enim profluunt spiritualia flumina. Christus dat uerbum suum, salutarem aquam, quæ uiuificat, si fide bibitur. Neque aliter sitis sedatur, nisi per promissiones Christi, quæ ueraces sunt, & mirum in modum recreant adflictam conscientiam. Mors horribilis res, & timenda ob uarias passionis corporis, sed Dominus eam nobis mitigat, & gratam facit sua consolatione: & suis ostendit uiam, quam parauit, ut nihil tristitiæ habeant his temporibus, quando mors instat, sed meram læticiam, sed gaudium uerum, quia sciunt, quò eundum sit, nempe

§4 COMMENT, IN PSAL. LXXIII  
ad patrem, ubi multæ mansiones para-  
tæ sunt, Ioannis 14.

16 *Tuus est dies, etiam tua est nox, tu  
præparasti lucem & solem.*

**A** Spicite cœlos, non ne sol & lu-  
na, dies & nox, apparent mira-  
bili Dei ordinatione? Et cum tanta à  
Deo acceperimus munere gratuito,  
quid illi non confideremus in omni-  
bus, quæ salutis sunt æternæ? Dei om-  
nipotentia nos consolari debet pe-  
tuò in omnibus tribulationibus huius  
mundi, cum principes huius seculi no-  
bis conantur humanis traditionibus  
imponere. Pius nihil curat illorum mi-  
nas, scit, cui credidit.

17 *Tu constituisti omnes fines terræ,  
æstatem, & hyemem tu formasti.*

**N**ihil in omni terra, quod non à  
Deo suam originē trahat, mon-  
tes, ualles, syluæ, flumina, fontes, æstas  
& hyems à Deo facta sunt. Omnia de-  
nique

niſque tempora adeo pulchre tempera-  
ra & mitigata, ut æſtas hyemis auxilio  
indigeat, & hyems æſtatis. Deus bene  
nouerat, quo modo omnia ſuo ordine  
eſſēt formanda, in cuius manu omnia  
exiſtūt, qui eſt omni tēpore laudandus  
et benedicendus. Impij iam feliciter ui-  
uūt, quaſi in ipſa æſtate, omnia illis af-  
fluūt abundantiffimè, nullius rei indi-  
gent hoc in mundo, hyems perditio-  
nis breui ſubſequetur.

*Memor eſto huius, quod inimicus 18  
probro affecit Dominum, & popu-  
lus inſipiens uiolauit nomen tuum.*

**D**Olet & contriſtat nihil aliud in  
hoc mūdo pios, quàm quod ſtul-  
tus populus Dominū contumelia af-  
ficit adeo friuole, & ſine omni conſci-  
entia. Vere ſtulti, qui contra uerbum  
Dei aliquid moliuntur. Pueris in pla-  
teis id notum eſt, Deum non irrideri.  
Neque ullam ſeditionem hic doceo,  
ſed magis ad patientiam inhortor. Af-



suescit pius, & patientior fit, cum quotidie audit stultos homines multa contra Dei ordinem cauillari, et si tristitia ingenti afficiatur, quum Dei honor contemnitur. Licet Deus nequaquam contemnatur per illos insanos, imò sic magis suam potentiam exerit, ut aliquid boni inde nascatur in sui gloriam, & fidelium augmentum.

19 *Ne tradas cœtui (hostiam) animam turturistuæ, & congregationis pauperum tuorum ne obliuiscaris in perpetuum.*

**C**hristiana Ecclesia turturi comparatur, quæ præda est accipitri. Et sicut turtur nusquam est tuta ab insidijs accipitrum, sic populus Dei tyrannis varijs expositus est, die nocturque, qui tam corpus, quàm animã perdere conantur, inuigilāt. Obsecramus igitur Dominũ, ne tradat nos illis bestijs, quia absq; illius auxilio nihil possumus. Sunt potentes, sunt ualidi, sunt principes

principes mundi huius, nos turtures,  
 innoxij, inermes, pauperes, peripsema  
 ta mundi. Si Dominus nos non sua  
 potenti manu defenderet, omnes iam  
 olim perijssemus.

*Respice ad pactum, quoniam imple 20*  
*ta sunt (omnia) tenebrosis (carce-*  
*ribus) terræ, et habitaculis uiolētis*

**N**Ostis, quale nobis pactum sit cū  
 Deo? In baptismo abrenuncia-  
 mus satanæ, mundo & omnibus pom-  
 pis eius. In cœna Domini pmittimus  
 nos omni probitate et honestate uictu-  
 ros, & iuxta Dei legē uitā instituturos.  
 Videte ne priores illud pactū frāgatis.  
 Ipse est Deus noster, & defensor stre-  
 nuus, si in eius pacto māserimus. Si for-  
 difragi fuerimus, pactum tenere Deus  
 non alligabitur semel nobiscū institu-  
 tum. Nos sumus carcer tenebrosus, in  
 quo uerbi Dei autoritas locū non ha-  
 bet, nisi lux, quæ est Christus, illuminet  
 has tenebras. Cœnobia plerumq; æ-

88 COMMENT. IN PSAL. LXXIIII  
dificata sunt in tenebrosa loca, in quæ  
uerbū Dei lux non intrauit, imò do-  
leret illis si intraret, adeo illis placent  
tenebræ errorum. In ecclesijs cathe-  
dralibus quū Euangelium cantatum  
fuit, campanis optime sonantibus pul-  
sarunt, & alta uoce illud cecinerunt,  
sed interim miris modis salutare Dei  
uerbū Vatiniano odio persecuti sunt.  
Mundus etiam locorum illorum tene-  
bricosorū plenus est mādatis hominū,  
omnes ianuas & rimas occludentes,  
ne lux Euangelij Christi Iesu ad eos  
subintraret, Christus corda illorū per-  
uersorum hominū sua gratia illustret.

21 *Non reuertatur, qui est contritus,  
confusus, sed pauper & inops lau-  
dent nomen tuum.*

**I**Mpiorum conatus omnes huc ten-  
dunt, ut non solum pios omni cru-  
delitate uexent, sed confundere et den-  
tibus laniare eos cupiunt. Iudæi eodē  
modo Christo fecerunt. Quid aliud e-  
rat

rat dicere, Tolle, crucifige eum, quàm extrema minari? Et inter duos latrones innocentem suspendere, & affici cõtumeliosissima morte, satis animum Iudæorum exulceratum contra Christum indicat. Fideles autẽ proscripti à tyrannis à Domino tandem uindicerentur in extremo iudicio, quanquam aliquando & in præsentis seculo Deus suam potestatem exerat, ne semper impij omnia felicia experiantur. Perpetuo Dominus timentes se habuit, qui eius gloriam & honorem deprædicarunt in ipso persecutionis tempore. Et Dominus aliquando tyrannis obiicit ouiculam ad laniandum, quæ nomen Dei in ipsa mortis pœna extollit mirificè, quæq; rugitũ leonum illorũ nihili facit. Hac autẽ ratione tyranni isti leonibus sæuiore, ad pœnitentiã uocantur, sed frustra omnia cū istis Pharaonibus fiunt, uolunt perire æterna morte.

*Exurge Deus, iudica causam tuã,* 22

f

5

memor

*memor esto opprobrij tui, quod fit  
quotidie a stulto.*

**N**olumus nos ipsos uindicare et  
de impijs ultionem sumere, & si  
data esset potestas, tuum est Domine,  
quia tua causa agit, tu opprobrio affi-  
ceris, tu ignominiose tractaris. Cauete  
ab ulciscēdi cupiditate, nec uerbo, ta-  
ceo opere, quicquid attentetis, quod speciē  
habeat uindictæ, imò ne tale quid per  
somnia animū uestrū subeat, si Chri-  
stiani esse uultis. Stultos hic uocat illos  
qui Christianos, & uerbū Dei odio ha-  
bent, & persecūtur. Hæc ignominia  
quotidie apparet. præ oculis nostris. Li-  
ceat tyranni crudeles moriantur inau-  
dita morte, attamen alij in locum illo-  
rum substituuntur, & aliquando peio-  
res scelestioresq̃, ne gloria Dei pro-  
gressum habeat.

23 *Ne obliuiscaris uocis aduersario-  
rum tuorum, tumultus eorū qui con-  
surgūt aduersus te, ascēdit semper.*

Verba

**V**erba ista illorum sunt, qui duris  
 uinculis & compedibus tenen-  
 tur constricti. Quasi dicat, O Domi-  
 ne, adeo insaniunt, & furiunt contra  
 nos populum tuum, mundi principes  
 cum satana, si consilijs, & cupiditatibus  
 eorum satisfaceret, omnes extinguere-  
 mur. Tumultuantur autem contra te &  
 nos absque causa iusta, et quo magis in-  
 nocentiam nostram obijcimus, eo insanio-  
 res & crudeliores contra nos insurgunt.  
 Aduerte illorum uoces, & insana corda  
 tam male agentium contra gloriam tuam.  
 Defende populum tuum in tempore oppor-  
 tuno, quia absque te non est adiutor. Ora-  
 tio ardens sit & efficax, quae conscientiam  
 tranquillat, et tutam reddit, quod crudelis-  
 simi isti tyranni, a satana excitati, nihil  
 nobis possunt nocere. Contestor pretere-  
 rea uos ob Dei singulari amorem, ne iu-  
 dicetis frivole more quorundam, quemlibet  
 ob scelus, quod etiam in nobis inuenit.  
 Dominus omne malum a suo populo a-  
 vertat, detque gratiam nobis omnibus, ut  
uera

uera charitate et unanimitate erga proximum uiuamus, per Iesum Christum Filium Dei unigenitum. Amen.

## PSALMVS LXXV.

*V*incentine dissipes, Psalmus & canticum Asaph.



In precedenti Psalmo querelam, & lamentationem afflictorum filiorum Dei in hac terra existentium audistis, qui ad neminem alium auxilij gratia confugiunt, quam ad Deum, miserorum asylum tutum. Quia ipse illorum uult esse Deus, petra, liberator, robur, clypeus & cornu salutis. Ob id pii assiduo clamant ad illum, & in memoriam foedus, quod Dominus cum illis pepigit, reducunt, eumque ne illius obliuiscatur, sedulo admonent. Neque hoc solum sui causa faciunt, quia certi sunt Deum suum pactum cum eis perpetuo seruaturum, sed & propter alios, qui aut pusillanimes sunt, aut omnino

omnino Deum putant populum suū  
 non curare. Et consolatio his mox ad-  
 est. Dicit enim Deus se iudicem fore,  
 suamq; causam ad finem optatum per-  
 ducturum. In hoc autem Psalmo, qui  
 gratiarum actionem habet, ob benefi-  
 cia exhibita, ingens consolatio ob ocu-  
 los nobis de Deo ponitur, qui non so-  
 lum nos defendere ab hostibus imma-  
 nissimis, sed etiam eos humiliare &  
 perdere uult. Et superscriptio Psalmi  
 indicat, Deū non perpetuo suos hosti-  
 um crudelitati subiicere, sed constitu-  
 isse certo tempore liberare. Nostrum  
 siquidem non est, iniurias illatas ani-  
 mo recondere, suo tempore ulciscen-  
 das, quum orare iussi simus & pro ini-  
 micis. Vindicta Domino iusto iudici  
 permittenda est. Quia Dominus per  
 Mosen dicit, Mihi ultio, ego rependā.  
 Deut. 32. Deus est omnium rerum Do-  
 minus, ideo merito ultio ad illum solū  
 spectat, alias ulciscendo Dei potestatē  
 nobis uindicaremus. Qui gladiū arri-  
 peret



94 COMMENT. IN PSAL, LXXV  
peret, & tribunal iudicis, nō iussus uel  
à principe uel magistratu inuaderet,  
mox raperetur ad poenā, ob istam au-  
daciā. Quanto magis id nō tentandū  
in rebus diuinis? Expectemus Domi-  
ni aduentū, qui dabit unicuiq; secun-  
dū id quod fecit. Iustus enim est iudex,  
qui personam hominis non accipit.

1 *Confitemur tibi Deus, cōfitemur,  
& prope' adest nomen tuum, recen-  
sentq; mirabilia tua.*

**C**onsuetudo est Scripturæ, Deo  
gratias agere, eius nomen sum-  
mè celebrare, quasi pīj exauditi sint,  
cum tamen nondum, quod petunt, ad-  
secuti, ob certitudinem auxiliij Dei  
promissi. Neque hoc faciunt solum,  
cum felicitate fruuntur, sed etiam sum-  
mis in tribulationibus constituti. Idē  
de Christo legimus, qui Deo patri gra-  
tias egit, cum Lazarum suscitaturus  
esset, dicēs, Pater gratias ago tibi, quo-  
niam audisti me. Ego autem sciebam,  
quod

quod semper me audis, Ioannis 11.  
 Gratiarū actio nō solū propter libera-  
 tionē ab hostibus & peccatis habēda,  
 sed etiā ob id ut in uera fide stabiles si-  
 mus, permaneamusq; usq; in finē. Nā  
 omne bonū, quod possidemus, à Deo  
 ad nos descendit, et nostra etiam bona  
 uoluntas à Deo originē habet. A quo  
 fiducia & spes fidelium in oppressioni-  
 bus cōfirmatur. Pij malos, qui omnium  
 bonorū mox obliuiscuntur, quasi nul-  
 lo beneficio unquā affecti, nō imitan-  
 tur, sed cū lob dicunt, Bonū ne accipi-  
 mus à Deo. & malum nō accipiemus?  
 Propterea fidelis semper tam in pro-  
 speris, quàm in aduersis rebus nomen  
 Domini laudat & extollit.

Et propè adest) Apostolus ad Phi-  
 lippen. 4. cap. dicit, Dominus propè  
 est. De nulla re solliciti sitis, sed in om-  
 ni precatone & obsecratione, cum  
 gratiarum actione petitiones uestræ  
 innotescant apud Deū. Hic Deus ad-  
 huc uiuit hodie. Id est, Dominus suis  
 propè

propè est, suo præsentì auxilio ac defensione. Mille anni apud Deū, quasi unus dies. Quum iam malis afficiamur, tã à satana, quàm ab impijs, tamē scimus Dominum statim uenturum, & non tardaturum. Aliqui ista uerba ita interpretantur, Verbum tuum est in causa, quod nominis tui maiestatem depræhenderimus, agnouerimusq; . Nam si uerbo Dei scripto careremus, miracula et signa per Deum operata, nobis ignota essent. Iam recensemus filijs nostris, et agnoscimus uerè Dei uirtutem & potentiã, bonaq; spe alimur Deum nunquam nos derelicturum, ut ut uexemur à crudelissimis & Dei & fidelium hostibus.

2 *Cum assumpsero coetū, ego secundum æquitates iudicabo.*

**H**Oc dicit in persona Christi. Et Act. 17 Paulus prædicans Atheniensibus de ignoto Deo addit, Et tempora quidem huius ignorantie cum hætenus

hactenus diffimularit Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique resipiscant: eo quod statuit diem, in quo iudicaturus est orbem terrarum cum iustitia, per eum uirum per quem decreuerat, fide praestita omnibus, cum excitarit illum ex mortuis. Simili modo Christus Iudaeos allocutus est, Lu. 21. Tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate, & gloria magna, & iudicaturus est orbem terrarum. Deus habet constitutum tempus ad omnia, sibi soli cognitum. Nostrum non est nosse tempora, & articulos temporum, quos pater in sua ipsius potestate constituit. Acto. 1. Si adeo segnes & stupidi, quum ignota est illa mortis hora, quid ageremus, si cognita esset? Dominus omnia bene ordinauit in utilitatem electorum. Si iam cum iudicium Domini super caput nostrum imminet, ex ira dei iusta, Deum non curamus, uitam nostram non emendamus, sed turpiter pergimus uiuere, cibo impleri, uino inebriari, die

nocturnis, quasi alia uita non sit expectanda, uoluptatibus indulgere. Quid si exitus uitae manifestatus esset, faceremus? Audimus hic Dominum iustum esse, qui in aequitate iudicaturus est totum mundum. Neque personarum acceptor est Deus more aliorum iudicum, qui amicis & consanguineis suis fauent, et si malam causam habeant. Dominus cor intuetur, non potestatem, diuitias uel sapientiam, propterea nihil externum Deo gratum quantumuis speciosum, nisi quod ipse iusserit. Hypocritae & Pharisei iustum iudicem non fallent, accipient illi iuxta cordis ipsorum opus.

3 *Dissoluti sunt terra & omnes habitatores eius: ego firmaui columnas eius. Sela.*

**P**ost factam mentionem de nouissimo die, adijcit Domini spiritus terram dissolui ac liquefieri, sicut in secunda Epistola Pet. cap. 2. clarum fit. Veniet, inquit, dies Domini sicut fur in nocte, quo

quo cœli procellæ in morē transibunt:  
 elementa uero æstuantia soluentur, ter-  
 raq; & quæ in ea sunt opera, exuren-  
 tur, Cum igitur hæc omnia soluantur,  
 quales oportet uos esse in sanctis con-  
 uersationib. ac pietatibus, expectantes  
 & accelerantes aduentum diei Dei, per  
 quē cœli incensi soluent. & elemēta æ-  
 stuantia liqueſcēt. Sed cœlos novos ac  
 terrā nouā iuxta pmissum illius expe-  
 ctamus, in quib. iustitia habitat. Hinc  
 apparet terrā Dei potestatē agniturā, et  
 omnia elemēta imperio ipsius subiecta  
 esse. Vult dicere, Ego mundū cōdidi,  
 omniaq; in illo cōseruo, ne igitur te sol-  
 licitū habeat, quid nā in extremo die fu-  
 turū sit cum mundo. In potestate mea  
 hæc posita sunt, et nemini nota q̄ mihi.  
 Tuum erit sanctē cōuersari in præce-  
 ptis meis, quę dedi tibi in bonū. Qui in  
 hac terra terrenis operibus solum dedi-  
 ti sunt, dissoluētur, sicut cęra in sole pre-  
 timore. Dominus suam gratiam con-  
 cedat, quo aduentus ipsius perpetuo

à uobis conseruetur, die ac noctu in oculis sit. Gaudium enim memorabile opijs suboritur, hunc Domini aduentū animo reputantibus. Impijs aut Christi facies erit ignis urens, & tali timore cōcutientur, ut nesciant quò fugiant à faciè Domini. Hicq; timor & tremor perpetuus erit, hoc dedecus, contumelia & pœna sine fine illos comitabuntur. Audistis ne terribiora? Pij cum Christo ascendent in uitam æternam. Impij uero diabolo dabuntur uehementi in ignem æternum. Non opus multis uerbis in horribili ipso iudicio, in icu oculi omnia peragentur. Seta additur, ut diei Dominicæ non obliuiscamur. Si tempora illa ex animo consideraremus, longe aliter & cultus Dei obseruaret, & maiori charitate erga proximum uiueremus, nempe in innocentia, iustitia, ueritate, & in uoluntate Domini. Sequitur nunc utilis inhortatio, & præcipue filios huius seculi alloquitur, ne putent se perpetuò uicturos & scelera ipsorum impunita fore,

*Dixi stolidis, nolite insanire: & impijs, nolite eleuare cornu.* 4

*Nolite eleuare in altum cornu uestrum, nolite loqui collo præfracto.* 5

**H**Aec sunt uerba Domini ad illos, qui populū suum persequuntur, & odio habent. Stolidos hos uocat, & insipientes, quibus nouissimus dies ludibrio est, & merum mendaciū. Quem admodum tale hominū genus aliquādo impudentissime dicit, Deum quæ in hoc mundo fiunt, non curare: aliàs multis negotijs distineri. Deploranda res, quod futura nihil curamus quæ tamen à Filio Dei prædicta, & certissima sunt. Viuimus tanquā bestia, nec malum, nec bonum expendentes. Veniet tempus terribile, quando non erit locus resipiscentiæ. Cauete uobis ab immiseri cordiæ uitio, qui potestatem ac tyrannidem exercēt cum miseris & afflictis, pœnam non euadent. Cornu in scripturis potestatem significat. Qui po-



testate, sibi nō concessa utit, nec à Deo,  
 nec ab hominibus electus, ille cornuā  
 sumit super caput suū. Et mundus per  
 ueriores & crudeliores homines non  
 habet. Nemo potestate abutatur in ali  
 orum damnū, quā à Domino accepit,  
 sciens & se Dominū habere. Qui gla  
 dio pugnat, gladio peribit. Nihil lo  
 quor hic de ordinatis magistratib. uel  
 regibus uel principib. qui à Deo consti  
 tuti, ut populū in pace regāt, ac ab ho  
 stibus defendant. De priuatis personis  
 hic est mentio, qui seipso per uarias a  
 stutias & calliditates in Magistratū in  
 trudūt, quo aut proximū, ob lucrū ali  
 quod insequantur, aut uel suæ inuidiæ  
 & odio semel cōcepto ob leuiculā rem  
 satisfaciāt, quorū multi hodie in rebus  
 publicis & aulis principum mādāta ex  
 torquēt suis mendacijs cōtra probos et  
 innocētes, & hi multo crudeliora exer  
 cent, q̄ ipsi principes. Si stramē in pœ  
 nam præscribit & adiudicatur, illi non  
 modo stramē rapiūt, sed totā domum  
 pau-

pauperis spoliāt et euertūt nihil, curan-  
tes si infātes fame pereant. Hoc est etiā  
cornua sumere, quū ex destinata malī-  
tia in bellū curritur, cōtra magistratus  
præceptū, cōtra datū iusiurandū. Item  
cū proximū odio habes, uicinū ad ira-  
cūdiā prouocas, cū inimicitias seris in-  
ter amicos, cū mendacia de bonis spar-  
gis, & alia huiusmodi uitia, si his prædi-  
tus es, cornua exaltas in sublime instar  
boū. Nec absq; causa Scriptura rem u-  
nam bis ponit. Satan potestatē in cœlo  
habere uoluit, sed detrusus ad inferna.  
Ah quid agitis, nōne uidetis uestrā per-  
ditionē imminere? Nolite loqui mala  
cōtra Deū et proximū uestrū. Cur col-  
lo præfractō inceditis? quasi nullus sit  
iudex futurus, quasi malitia uestra Deo  
arrideat. Decipitis uosmetipsos. Et me-  
rito hi homines equo, quē infessor fre-  
no amplius tenere nō potest, cōparan-  
tur. Nam & hi abiectis omnib. admo-  
nitionibus ex Scripturasancta desum-  
ptis, in perditionis barathrum currūt.

- 6 *Quia non à progressu (solis) aut  
ab occidente: neq; à deserto (erit)  
exaltatio.*
- 7 *Quoniam Deus iudex est, hunc hu-  
miliat, & hunc exaltat.*

**A**uxilium nostrum, defensio, & liberatio nostra, neq; ab occidente solis, neq; ab oriente, neq; ab ulla orbis parte uenit. Dominus qui ubique est, qui que iustus iudex, nos liberabit breui contra omnium opinionē. Non resistent illi, quorum fiducia in regum potentia. Imò tunc dicent. O si hic rex, qui cœlum & terrā regit, in foedere nostro esset, si ille nobis faueret, bene nobiscum ageretur: sed frustra inclamabunt brachium Aegypti. Nulla salus, ubi Deus pugnat. Humanū auxilium ne muscæ resistet. Vult dicere, quoquo oculos uerto, sentio nullum auxilium fore. Deus iudex est uerus & seuerus, causa sua agitur, illius est contemptus & ignominia, nō fidelium, qui crucem ferunt.

ferunt. Si ipse Dominus tantæ est patientiæ, nonne tu imitaberis magistrum tuum, patientiæ exemplum reliquis presentem? Qualis discipulus, qui crudelior & impatientior quam Dominus illius, cuius ignominia est? Dominus dicit, Mihi uindictam, & ego rependam. In Euangelio etiam habemus, Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Ne itaque Deo contradicas, si te humiliat, & non exaltat, si paupertate te premit, & honoribus non afficit, diuitijs non obruit. Deus iuste tecum agit. Nouit utiliora conferre, nempe æternam sapientiam, & sui cognitionem exactam. Hoc iudicium Dei est, si uestigia Christi subsequamur, & exaltabimur etiam non in hoc seculo, in quo omnia corruptissima, ac instabilia sunt, sed in futuro beatitudinem nunquam finem habituram adsequemur. Quamuis sæpe Dominus & fidelibus prosperitatem ac felicitatem in hoc mundo det, ut terrori sint omnibus adiacentibus. po  
 g 5            pulis,

pulis. attamē ferē quos diligit cruce pre-  
 mit, ne sui obliuiscant. Scitis ex ueteri  
 Instrumēto multas historias, quę ostē-  
 dunt clare, quid Dñs cum illis egerit,  
 q̄s dilexerit, quos longū esset hic recē-  
 fere. Adam primus noster parēs super-  
 bo spiritu aures præbens, Deo similis  
 esse uolebat sed humiliatus est, eę pa-  
 radiso eiectus & uarijs ærumnis affe-  
 ctus cum uxore, quæ ansam peccandi  
 illi dederat, usq; ad finem uitæ. Cauete  
 itaq; & uos à talibus peccatis, ne simile  
 quid uobis accidat. Deus enim mentē  
 nostrā intuetur et rimatur. Nihil illi ab-  
 sconditū est, & abstrusissima quæq; co-  
 gnitissima habet, si alios spernim⁹, alto  
 supercilio deridemus, humiliabimur à  
 Domino, iusto suo iudicio. quo à pecca-  
 tis nos reuocat. Nostis quid Phariseo  
 superbo, Luc. 18. euenerit, q̄ in templo  
 stabat orans, Deus gratias ago tibi, qđ  
 non sum sicut cæteri homines, raptors,  
 iniusti, adulteri, uelut etiam hic pu-  
 blicanus, Agnoscamus ex animo nos  
 esse

esse peccatores, in uera humilitate & cordis affectu ad Deum clamantes pro suo spiritu, tunc etiam alia opera aderunt absque dubio, quæ fides ex nobis protrudet, quo palam fiat nos esse uerè Filios Dei, paratos omnē hostium contumeliā, pro nomine illius ferre & perferre, ut hostes sictandem & sua peccata agnoscant, & Deo uero, pœnitentia ducta, adhæreant, cui nos seruimus, & propter quem talia, tam crudelia, forti animo patimur.

*Siquidem calix est in manu Domini, & uinum rubescit: plenus est mixtura, effunditq; ex eo, quin et feces eius expriment, bibentq; omnes impij terræ.*

**I**nterpretationē horum uerborum hic habetis adiunctam à Spiritu sancto, & certè horribilem, ex qua discimus, qualis pœna impios maneat. Calix in Scripturis sanctis passionem significat, quemadmodum et Christus

ad

108. COMMENT, IN PSAL. LXXV.  
ad filios Zebedæi dicebat, Mar. ca. 10.  
Potestis, inquit, bibere poculū, quod  
ego bibo, & baptisate, quo ego ba-  
ptizor, baptizari? Quale uinū est hoc?  
Vinum passionis, crucis & extremarū  
miseriarum. Omnes oportet, quia ita à  
Deo constitutum, homines, siue reges  
siue opuliones sint, varias ærumnas &  
calamitates pati, si nō hic, tunc alibi in  
futuro seculo. Si Dominus crucis par-  
ticulā tibi mittit, licet principio ama-  
ra sit potio, tamen dulcescet statim, si  
cogitaueris, eam in manu Dei esse, &  
ab illo tibi ordinatā in sui gloriam. Fe-  
ces ebibent peccatores tandem. Id est,  
omne quod nocet, sentient cumulatif-  
sime. In Epistola 1. Petri cap. 4. Quan-  
doquidem & tempus est, inquit, ut iu-  
diciū incipiat à domo Dei, quod si pri-  
mum incipit à nobis, quis erit finis eo-  
rum, qui non credunt Dei Euangelio?  
Et sanctus uix saluus efficitur, impius  
& peccator ubi comparebit? Audistis  
hic Deum in hac terra, à suis, si crucem  
infert,

infert, incipere. Impij quanto hic superbiore, scelestiores, omnem impietatem impunè exercentes, tanto damnabiliore & abiectiore in futuro seculo erūt. Quemadmodū Euangelica ueritas p̄dicat, Conijcientur, inquit, in ignē aternū, illic uermis arrodens cōscientiā ip̄sorū. Oquā crudelis p̄cna subsequetur impiorum multitudinē?

*Et ego annuntiabo in seculum, psal 9  
lam Deo Jacob.*

*Et confringam omnia cornua impiorum, & exultabuntur cornua iusti.* 10

**P**erpetuò lætabimur, & exultabimus, quod sic liberati sumus ab omnibus imminentibus malis. Ipse solus Dominus futurus est omnem potestatem mundi frangens ac deiiciēs. Nulla hypocrisis auxilio erit, 1. Cor. 15. In Christo uitam habemus, nostram iustitiam, redemptionem, salutem. Et quid nō? Hoc nomine ad ueram patientiā, charitatem, cōcordiam & summam legitiam



tiſ COMMENT. IN PSAL. LXXVI.

titiam uos inhortor, quo alacres et gaudio pleni appareamus in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti, quando iudicaturus eſt uiuos & mortuos, quando peccatorũ cornua, hoc eſt omnẽ poſteſtatẽ auferet. Quicquid ſuperbũ eſt confringet, quando iuſtos exaltabit in regno patris ſui, quod fidelibus promiſit. Dominus in nobis ſuam gratiã, quã largiter conceſſit, confirmet, Amen.

PSALMVS LXXVI. SERMO NVVS.

*Vincenti in melodijs, Pſalmus & Canticum Aſaph.*



**H**Esterna in concione defu-  
turo iudicio ſatis multa et  
uaria percepiftis, præci-  
pue quomodo liberemur  
per Chriſtum ab omnib. malis, ſi illius  
discipuli fuerimus: hoc etiã in præſen-  
ti pſalmo clariffimẽ audietis. Duplex  
iudicium in Scripturis ſanctis de præ-  
hendimus, unũ in extremo tempore,  
alterũ quod peractum eſt, & quotidie  
per-

perficitur, ut Ioan. 12. habemus. Nunc  
 iudicium, dicit Christus, mundi huius  
 est. Christus etiam nō ob aliud discipu-  
 lis suis Spiritū sanctū dedit, q̄ ut mun-  
 dum, ob peccata commissa, arguerent.  
 Iudicium autē illud liberat quidem, sed  
 nō ab omnib. aduersitatib. mundi hu-  
 ius. Quemadmodū Christus dicit in ul-  
 tima cœna ad discipulos, In mūdo ad-  
 flictionē habebitis, sed bono animo s̄-  
 tis, ego uici mundum, Ioan. 17. Sic &  
 Col. 2. cap. Expoliavit principatus &  
 potestates ostentauit palām, triūphans  
 illos per semetipsum. Et Filius Dei pati  
 uoluit nostri causa, ut nos in illo uince-  
 remus in hac terra. Pugna nobis instat  
 quamdiu uiuimus, ne putemus omnia  
 hic tuta esse. Sunt hostes crudelissimi,  
 nempe fatā et impij homines, qui om-  
 nia moliuntur, quo nobis imponāt &  
 pietatem deleāt, ac quicquid bonū &  
 Deo additū, euertant. Sed auxiliū no-  
 strum in Domino cōditore cœli & ter-  
 ræ. Pij homines, credentes ex corde in  
 Chri-

Christum, assumpti sunt in Filios Dei & prædestinati ab æterno, iudiciumque suum aliquando susceperunt, hoc ipso spem firmam in Christum gerunt. Similiter omnes qui Christo non adhærent iudicium suum habent, quod sint filij æternæ damnationis. In extremo autem die hæc omnia, quæ iam abscondita sunt, manifesta fient. Et quemadmodum horribile & calamitosum iudicium impijs futurum est, ita e contrario gratum et acceptum pijs pectoribus, qui Christo incorporati sunt per fidem. Aliam Iudei interpretationem, eamque iuxta literam adferunt, sed ea nihil ad rem, fallit se & alios. Nam fore dicunt, ut magna potentia & fortitudine sicuti Dauid, sint regnaturi iterum in terra sancta, & per Gog & Magog introduci in illam non sine summa lætitia. Verum mera fabula est hoc commentum, cum satan sit Gog & Magog, quos Christus uicit. Qui enim se contra Christum ponunt, hi tali nomine insigniuntur, quo-

quorum multi adhuc hodie uidentur,  
quos Dominus ad sui cognitionem  
ducit.

*Notus in Iebuda Deus, in Israel 1*  
*magnum nomen eius.*

*Et est in Schalē tabernaculū eius, 2*  
*& habitaculum eius in Zion.*

**I**N circuitu orbis non maiora mira-  
cula edita sunt, nec magis stupenda  
& admiranda, quàm in Iudæa. Ob mi-  
racula illa Deus cognitus est, quod be-  
ne uelit populo suo, quem elegerat in  
peculium. Pharaoni regi Aegyptiorū  
multa signa et prodigia ostenderat Do-  
minus. In deserto non unum & alterū,  
sed innumera miracula uideri licuit,  
uerū ea omnia Iudaico populo & fa-  
cta & ostensa sunt in bonum. Quāuis  
et gentes talia uiderint, tamē nihil om-  
nino moti, ut Deum illum coluissent.  
Si historias ueteris Testamēti penitius  
intuemur, inuenimus Abraham in ter-  
ram Canaam uenisse. Nōne terra Ca-  
h naan

114 COMMENT. IN PSAL. LXXVI  
naã est terra Iudæa: Et quæ facta sunt,  
nõne in terra promissionis acciderunt?  
An non filium suum immolare uoluit  
in monte Zion: Et in illo monte Abra-  
ham ingentes promissiones accepit à  
Deo. Inhabitaui similiter terram illam  
Isaac filius Abrahæ. Perpende quo-  
modo Iehosua illuc deduxerit populũ  
Israel. An non Iudices, Dauidem, Salo-  
monem, Ezechiam, Asam, Abdiam, re-  
ges illic mansiones suas habuisse legi-  
tis, quorũ temporibus, multa & incre-  
dibilia per Deum operata sũt: Habue-  
runt Iudæi sacrificia omnis generis, ta-  
bulas legis à Deo datas, & quis eam be-  
neficiã quam Deus in Iudæos con-  
tulit, recēseret? Paucis accipe, Christus  
Iesus filius Dei naturalis, etiam in hac  
terra natus & passus est, præterea et Spi-  
ritum sanctum in monte Zion misit di-  
scipulis suis. Hierusalem, ne huius ob-  
liuiscere, non longe distat à mari, et un-  
dique circumiacentes regiones habet  
Ab illa igitur regione uerbũ Dei egre-  
di in omnem mundi partem oportuit.

Nec cōuenientior locus esse potuisset in toto mūdo ad promulgandū Euan- gelium filij Dei, quā̄m iste. Neq̄ opus miracula uaria ubique locorū fieri. Fre- quentia enim miraculorum in cōtem- ptum uenisset. Sicut uidemus uinū & frumentū, cum in omnibus ferē regio- nibus crescāt, neminem admirari, cum ingens miraculum sit ē terra talia ena- sci. Quotidianus usus uilescere multa facit, quæ si rarius fierent, non satis su- spicerentur. In ueteri lege solum popu- lus ille electus, fidelis fuit, cui Deus tan- ta miracula ostendit. Quanquā̄ etiam inter gentes Dominus suos habuit. Cū autē Christus iam uenit, mons iste non in tanto honore habetur, ut prius. Ete- nim est mons nunc temporis, quemad- modum alij montes, neque maioris est sanctitatis, quia alij mōtes æque à Deo creati sunt, atq̄ mōs Zion. Cauete à su- perstitionib. ut putetis aliquid sanctita- tis in locis externis esse, in quib. Deus aliquando mirabilia opera fecit.

Deus habitat in Schalem, id est Hierusalē, in qua suus præcipuus erat cultus. Sed Christus indicat suum cultum & tabernaculum esse ubiq; terrarum, Esaia teste, cap. 2. qui dicit, Quoniam de Zion exhibit lex, & uerbum Domini de Hierusalē. Et iudicabit inter gentes, arguetq; populos multos, & cōcidet gladios suos in ligones, et lanceas suas in falces: nec leuabit gens contra gentem gladium, & non discent ultra prælium. Quidam etiam putant, & certas rationes habēt, Christum in nouissimo die iudicij in Hierusalem appariturum, & nō in ualle Iehosaphat. Sit utcunq;, cum nemini digladiari uolo, quū nullum certum Scripturæ locum hac de re habeamus.

3 *Ibi confregit iacula, arcus, scutum, gladium, & bellum. Sæla.*

**H**Oc quàm sæpissimè accidit, & diligentissime etiam scriptum est, quo modo reges cū multis milibus hominum

mīnū cæsa sunt, partim diuina plaga,  
 uel per angelos, partim gladio Iudaici  
 pōpuli. Nolo historiarum loca addu-  
 cere, cum nemini ea non cognita sint,  
 & Biblia passim exemplis innumeris  
 scateant, & ea quotidie auditis. Habe-  
 mus hic Sæla, quæ uox bene notanda  
 est. De uocabulo autem Sæla in alijs  
 Psalmis abunde, quid significet, expla-  
 nauimus. Neq; docet nos hic Spiritus  
 sanctus belligerare, cum Dominus sit  
 autor pacis & omnis concordæ. Ipse  
 uicit mundum, in quo & nos superare  
 etiam crudelissimos hostes cōfidimus.  
 Ipse resurrexit à mortuis, quod spē no-  
 bis indit, inimicos nostros nequaquā  
 præualituros contra nos, ut aliqua in re  
 nocumentum inferant, tam corpori  
 quàm animæ.

*Illustris es tu et magnificentior mon-  
 tibus prædæ (intentis)*

**O** Domine potentior & fortior es  
 sæuissimis nostris inimicis, qui



affiduò nobis insidiántur more leonũ,  
 quicq; gaudent in sinu, si nobis incom-  
 modant etiam in modica re. Si uersus  
 Moab regionẽ respicimus, arces ingẽ-  
 res, & latibula prædonum multa appa-  
 rent. Et hoc generali nomine taxat Spi-  
 ritus sanctus etiam alia regna, ad præ-  
 dam intenta. Si reges sua potentia &  
 diuitijs contenti essent, bella nulla fo-  
 rent. Et tantæ discordiæ, quæ passim fe-  
 rè in omnibus regnis & audiuntur &  
 uisuntur, quiescerent. Quis negat ar-  
 ces aliquam potentiã in se habere & re-  
 sistẽdi uim ad primum impetum? Sed  
 Dominus multo potentior est, qui non  
 solum arces munitissimas & in cœlum  
 usque erectas demolitur, uerum etiam  
 ipsas urbes funditus euertit, quemad-  
 modum de Hiericho legimus, quã Do-  
 minus sua diuina potentia disiecit. Præ-  
 terea notãdum hoc in loco de arcibus  
 Nobilium quorundam ad rapinã ex-  
 ercendam constructis, quos Dominus  
 cū arcibus prædatorijs euertere solet.

Nero,

Nero, Diocletianus, & hæreticorū ca-  
 terua has spiritalis arces occupant, in  
 quibus suis malis cupiditatibus satisfa-  
 ciūt, partim sanguinem Christianum  
 fundentes quotidie, partim Scripturā  
 sanctam ad errores suos ex proprio in-  
 genio confictos, enodantes, sicq; sua a-  
 stutia Euangelij Dei progressum omni-  
 bus modis impedire moliūtur. Hi om-  
 nes dicuntur arces spoliatorix. Satan  
 forte & benemunitum regnum possi-  
 det, plenum dolis & astu, nulli hac po-  
 testate comparandum, quemadmodū  
 in Iob habemus. Et quanquā potestas  
 illa sit formidolosa, nulliq; cōferenda,  
 nihilominus Christi Iesu saluatoris uis  
 & potentia maior est, qui dicit, Nolite  
 timere eos, qui occidūt corpus, animā  
 non possunt occidere. Nec in corpus  
 ullius hominis satan potestatem habet  
 nisi quatenus à Deo id permittat. Qua-  
 re autem Deus aliquando potestatem  
 satanæ & impijs det affligendi pios, ut  
 de Iob legimus, alio loco dictum est.

§ *Spolijs expositi sunt, qui magnifico fuerunt corde, dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt cuncti uiri, quorum manus potentes fuerunt.*

**V**erbum hic non dicendæ consolationis habemus, quod minime impiorum non sint expauescendæ. Magnifici corde sunt, pompam in hoc seculo insignem gerunt, tam potentia, quàm diuitijs. Omnes ex alto derident, omnia se posse iactant, & neminem patiuntur, qui in minima re illis cōtradicat, uiuere. Stupenda res est, quum reges potentissimi & ditissimi Hierusalē sanctam Dei ciuitatē depopulari constituūt, et iam iam aggrediuntur id perficere, quod diu in animo uoluerūt, in tam altum somnum à Domino conijci, ut se nesciant amplius mouere, rationis non sint compotes. Hoc est, Deus eos punit æterna morte, ne pijs amplius noceant. Quanquam etiam fideles somnū suum dormiant, sed alia res est.

Pij in pace erunt & tranquillitate, in  
 Christo quiescentes, quia beati, qui in  
 Domino moriuntur. Et pallida mors il  
 lis nō est crudelis nec formidolosa, imō  
 mortem acerbam pro dulci somno ha  
 bent. Vult igitur dicere, Impij suis uiri  
 bus passim collectis adsunt, Hierusa  
 lem ciuitatē Dei euertere in animo ha  
 bentes, sed frustra omnis eorum labor  
 & conatus, quia Dominus suos defen  
 dit. Regnū Christi multos hostes per  
 petuō habuit, & nunc temporis non  
 paucos habet, quorum consilia solum  
 huc incumbunt, ut fidelibus detrimen  
 to sint, & lapides spiritualis ædificij ē  
 fundamento eruere uolunt, sed frustra  
 contra Dominum pugnāt. Dominus  
 det illis ueram cordis resipiscētiam. O  
 timeo illos in extremo iudicio confun  
 di, cum se contra Domini uerbum mi  
 ris modis opponant. Iactant uaria, cō  
 sulunt omni die, idēq; contra ipsorum  
 conscientiam, quo impediunt Euange  
 lij cursum, Qui fieri potest, quod po  
 pulum

122 COMMENT. IN PSAL. LXXXVI  
pulum fidelem, Deoq̄ purē seruientē,  
ferre non possunt, quem ne ulla in re,  
etiam minima incusare audeant. Sata-  
næ consilia sequuntur, qui eos exceca-  
uit, ut in sceleratissima uita, quā uiuūt,  
se putēt esse sanctissimos & cultus Dei  
defensores. O papistę & principes hu-  
ius seculi, cogitate finem & iustum Dei  
iudicium.

6 *Ab increpatione tua Deus Iacob,  
consopitus est & currus & equus.*

**A**grediūtur equis cataphractis,  
& ferreis currib. magna tumul-  
tuatione et horrisono cantu, populum  
Dei, ut uno ictu omnes p̄sternant. Etiā  
satan nō cessat suum exercitū educere,  
quo illis auxilio sit. Audis multitudinē  
hostium, & probe munitam? Verum  
Deus Iacob, id est Deus omniū fideiū,  
increpabit illos, ut continuo omnibus  
uiribus destituantur, & similes sint dor-  
mientibus & mortuis. Hostes igitur il-  
los minus timeamus, & si appareāt ter-  
ribilissimi, crudelissimiq̄, si in Dominū  
uere

uere respicimus , quàm hominem alto  
 somno depressum. Dominus suo uer-  
 bo id perficiet uel nutu , & statim cum  
 illis actum erit. Hoc ipso in Dominum  
 omni tempore speremus. Potuit arma  
 tam manū Pontificum in horto , cum  
 eum capere uolebant , prosternere in  
 terram unico uerbulo. Potuit Pharao-  
 nem potentissimū regem , ingenti exer-  
 citu præditum , in mari suffocare . Po-  
 tuit per Angelos multa hominū milia  
 occidere . Potest adhuc hodie suos de-  
 fendere , & hostes Euangeliij pessunda-  
 re , & facit id etiā . Si opus esset exēplis,  
 haberē aliquot in prōptu , quę etiā uos  
 ipsi nostis , & partim experti estis , sed  
 nolo hic uulnus recēs refricare. Domi-  
 nus se habet erga nos , tanq̄ aliquis ad  
 syncerū amicū , quē si uidet aliqua iniu-  
 ria affici , mox aduolat , & auxilio est , in-  
 crepat hostē , & repellit . Scitis quomo-  
 do Moses Aegyptiū , qui uolentiā Iu-  
 dæo inferebat , repulerit . Sed quādo id  
 Christus faciet , quando dicturus est ,  
 Ite

Ite maledicti à me in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Imò tales quotidie in suis conscientijs arguuntur ob facinora perpetrata, sed nolunt admonitorem iam audire, postea suo maximo malo condemnationem nolint uelint, audient.

7 *Tu, tu inquam terribilis es, & quis stare poterit ante faciem tuã ex tunc (quo exarserit) ira tua.*

**Q** Vis o Domine, cum tu irasceris, ante tuam faciem consistere poterit: Satan ipse fugiet & peribit, Principes potentissimi pedibus tuis cõculcentur. Et impij homines minus uiriũ habentes, quàm muscæ & culices, audent se tibi opponere: Quasi tuam pristinam potentiam aut amiseris, aut in illos exerere uim & potestatem tuam non possis. Nonne plusquàm insani sunt, qui contra terribilem illum iudicem, cui nemo resistere potest, se opponere summa impudentia soleant: O pul  
uis

nis & cinis quid agis?

*De caelis auditum fecisti iudicium, & terra timuit, & siluit.*

**I**psè Dominus cum hortatu & uoce Archangeli ac tuba Dei descendet de caelo, ut 1. Thessa. 4. habetur. Qualis nam erit uox? Vos mortui surgite ad iudiciũ, Dominus ille adest, qui à multis contemptus & derisus fuit iam longo tempore, qui daturus est unicuique iuxta id quod egit in corpore, siue bonum, siue malum. Certè horribilia erũt uerba impijs hominib. Terra pro terrenis hominib. hic accipitur, qui temporalibus bonis affixi, adeò ut nihil de æterna uita cogitent, hi tunc silebunt, & tremiscent, nescientes præ timore, quò se uertant, sed non effugient illud tremendum Domini iudiciũ. Parate animos uestros bonis et Christianis operibus ad tale iudiciũ, prudentes uirgines imitemini. Si enim cor nostrum non condemnet nos, fiduciam habemus erga Deum, 1. Ioan. 3.

Cum



9 *Cum exurgeret Deus ad iudiciũ,  
ut saluaret cunctos mansuetos ter-  
ræ. Sæla.*

**Q**uare extremum iudiciũ futurũ est, & quid sibi illo Deus uult, qui omnia prius nouit, q̄ fiãt, cui & corda hominũ notissima, quia cordium scrutator est: Propter miseros & afflictos, qui hoc in mundo cruciantur & occiduntur, & ut eius iustitia omnibus manifesta fiat, illud à Domino dispositum esse ex scripturis edocemur. Propterea hic adiectum est Sæla, quasi dicat, Dominus ille exurget, et dissipabit omnes inimicos suos, qui permittit nos ita uapulare, atq; acerbiter calicis bibere ad annos aliquot, quemadmodũ Hierosolymitanis fecit. Verum omnis iniustitia & impietas tandem punietur, quãdo: In nouissimo iudicij die, in quo Dominus iustos et iniustos congregabit, daturus unicuiq; secundũ id quod operatus est, 2. Cor. 6.

Quo.

*Quoniam furor hominis cedit in laudem tuam, & reliquias furoris tu accinges.*

**F**Vror hominis impij sauiens in fideles, nō solum non diminuet laudes Dei, sed miris modis augmentabit, cum piorum constantia in ipsa passionis uehementia conspiciatur. Omnes, qui Christo inseruire uolunt, calicem passionis, quem ipse etiam ebibit, haurient. Et pijs medicamen utilissimū, sic uexari & tribulari in carne. Nam quo magis in huius mūdi theatro uarijs tribulationib. exponuntur, eo magis laus Dei per illos suscitabitur, cum fortiter passiones sufferūt. Impij autē feces peccatorū ebibent, ipsis in suppliciū aeternū. Hoc est, terribilis ira impios manet. Vult dicere, Licet homines ualde irascantur, tumultuent et insaniant cōtra populū Dei, & in hoc laborēt, ut nomē eorum de terra deleatur, nihilominus omnia huc recidēt, ut Deus laudetur, quem colunt, qui cōsilia illorū praua,

qui-

quibus nocere pijs uolunt, inuertit, adeò ut nemini plus detrimenta inferat quam sibiipsis: imò asciscunt, quod pijs dolet, per hanc insaniam sibi extremum supplicium. Quare igitur tales irascunt, quare pios tam sedulo insequunt, quum Dei laudem, quam canunt, obscurare non possunt? Cur sanguinem innocentem effundunt quotidie, qua conscientia id faciunt, cum uideant se frustra omnia conari? Historiarum adsunt innumeræ, quæ id testantur. Imò nullo tempore gloria Dei maiora incrementa accepit: quam cum ignis persecutionum arsit. Et quanto sauitia & crudelitas tyrannorum progreditur longius, tanto pii ardentiores & feruentiores fiunt ad laudem nominis Dei diuulgandam. Hæc fuere initia ecclesie Christianæ, quibus plantatum est Euangelium Iesu Christi in toto mundo. Nemo ob id à fide Euangelij hodie deficiat, uidens papisticam luem adeò in pios grassari. Dominus probat sic nostram fidem & constantiam. Mun-

do

do palam facere uult hac uia, quantū illum diligamus.

*Vouete & reddite Domino Deo* 11  
*uestro omnes qui in circuitu eius estis, deferte munera terribili.*

*Ipse cohibet spiritum principū, &* 12  
*est terribilis regibus terræ.*

**P**ERPENDITE uerba illa, quæ non ad paucos spectant, sed ad omnes fideles, qui Deo seruire uolūt. Nam quibus cor ad laudes Dei directū est, quotidie uouēt, idēq; Domino hilari corde reddunt. Mendacium est, quū dicunt, hunc uersum ad cœnobitas solū pertinere, quasi hi præ cæteris mortalibus perfecti & Christiani sint, reliquis exclusis. Omnibus, qui in numero electorum sunt, & Deum agnoscunt, dicitur, ut uoucant, id quod Deus iussit, & reddant sincero pectore, quod uouerunt. Vota autem Christianorū sunt, Deo deditos esse & proprios, abrenunciare satanæ, et operibus ipsius. Deus nō cu

130 COMMENT. IN PSAL. LXXVI  
rat externa illa uota, longeque nouū &  
uetus Testamentū distant inter se. Cœ  
nobitarū uota, & aliorum peruersorū  
hominū somnia, quę ex uerbo Dei nō  
sunt fundata, ex diabolo & mera super  
stitione originē habēt, ne dicam ex de  
speratione. Christianā uitā omnes du  
cere, patiētiam uerā ostendere, iuxtaque  
exemplū Christi uiuere debemus. Do  
mino uoueamus, nō hominibus. Neque  
hic mentio humanorū uotorū & pro  
missionū, quę Christianus etiā suo pe  
riculo & damno persoluit. Piorū enim  
animus ad externā concordiam seruā  
dam perpetuo propendet, & nihil ma  
gis pijs dolet, quā si seditiones aliquę  
orientur, taceo ut alicuius turbelæ sint  
autores. Absit procul ab his qui Chri  
sto nomen dederūt, qui Deus est pacis,  
ut ullam dissensionē moueāt, quam o  
diūt ut satanā, à quo omne malum ini  
tium habet. Hi si quid ad laudem Dei  
& gloriam spectans uouerint, strenue  
præstant, & hilari animo persolunt.

Domini

Dominus non curat cucullas, uestes  
 sordidas, uermibus scatentes, preculas  
 sine deuotione effusas. Neq̄ esum car-  
 niū prohibuit, neq̄ iussit uentrē pisci-  
 bus implere. Verum ea recenseo uobis  
 quę nemini nō nota sunt, & omnibus,  
 qui parum gustarunt Euangelij odorē  
 cognitissima. Animo reuoluite, quid  
 agat & faciat monachorū multitudo,  
 & inuenietis nullum populum minus  
 Christianum, imò ferē nihil facit, quod  
 Deus iusserit, adeo in humanis inuenti-  
 onibus absorpti sunt. Est populus qui  
 labijs Christum, corde diabolum gerit.  
 Vota nostra in baptismo facta & pro-  
 missa cur posthabemus et nihili pendi-  
 mus? Quænam illa? Abrenūciauimus  
 satanæ, operibus eius & omni pompæ  
 mundi, hæc sanctè seruemus, si filij Dei  
 & cohæredes Christi in regno cœlorū  
 esse uoluerimus. Valeant papistę cum  
 diabolicis suis uotis, quæ Dei gloriam  
 non promouent, sed magis obscurant  
 & impediunt.

Deferent munera) Vocat hic Deum  
 terribilem, cui nemo resistere potest, &  
 omnes peribunt, qui se contra illū ar-  
 māt. Huic munera deferenda sunt, nō  
 quælibet, sed optima & selectissima.  
 Fides uestra erumpat in bona opera.  
 Quid deferimus Domino Deo? Lau-  
 des & gratiarū actiones. Hocq; in cœ-  
 na Domínica agimus, neq; offerimus  
 Christū Deo patri, quemadmodū pa-  
 pistæ nugantur. Ipse enim seipsum ob-  
 tulit æternam oblationē, & semel pas-  
 sus est, ultra non patietur, neq; morie-  
 tur. Et cui sacrificia nostra dabimus?  
 non terreno principi, quantumuis po-  
 tentissimo, sed cui nā? Deo æterno, qui  
 terribilis est omnib. regibus terre, quiq;  
 potest & solet remunerare, & multo  
 maiora dare, quàm accipere. Si mūda  
 cōscientia in nouissimo iudiciū die, co-  
 ram Christo filio Dei uultis apparere,  
 uitā uestrā, dum conceditur, ordinetis  
 per omnia, ut Domino placeatis. Pla-  
 cemus autem Deo, si in operibus chari-  
 tatis

tatis assidui sumus. Opera scitis, quæ Deus à nobis requirat, nempe quæ in Euangelio præcipit facienda, & nulla petit, nisi quæ ex charitatis fonte fluant. Fides siquidem sine operibus esse non potest, si uera fuerit. Quotidianas cõciones habetis de misericordia Dei, & eius bona ergo nos uoluntate, illum inuocate, & assequemini uitam æternam, cui sit laus & gloria. Amen.

Pauperum curam e cordibus uestris elabi nuncq̃ patiamini, Habetis uiduas, habetis opifices multitudine puerorũ adobrutos, quibus benigna manu subuenite, non ut ab hominibus uideamini, uel laudemini. Occulta munera amat Deus, qui in abscondito etiã remunerabit. Sed non opus est pronos per se ad eleemosynas incitare, Dominus dona illa feliciter in uobis incepta, augmentet sua gratia. Fiat.



SERMO PRIMVS IN PSAL. LXXVII.  
*Ioanne Oecolampadio autore.*



**I**N hoc Psalmo, dilecti, iterum ad assiduam & diligentem orationem efferendam, per Spiritum Dei admonemur. non ut aliquid carnale, aut seculare à Deo precibus efflagitemus, sed summa bona & coelestia, nempe ut nomen Dei sanctificetur, petenda sunt. Quemadmodum Paulus in epistola ad Romanos ca. 7. quum naturam ac propensionem animi nostri ad peccandum multis uerbis expressisset, tandem adiecit, Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore mortis obnoxio. Eo modo sancti Dei omnes quotidie indefinenter clamant et hunc mundum loco carceris terribilissimi habent, ac diu noctuque precibus insistunt quo liberentur: idque maiori desiderio agunt, quam filii Israel olim in Aegypto, dura seruitute sub Pharaone detenti et grauati multis oneribus, egerunt. Sentiant

tiunt enim corporis grauamina, & carnis pronitatē ad peccandum. Cum ita que hanc miseriam eque ut nostras ungues, cognoscamus, nonne perpetuò orationi incumbendum, ut Deus nos eripiat ab instanti malo? Non ut Deo tempus liberationis assignemus, quasi ea quæ nobis placent, mox effectū habitura sint. Oramus iuxta illius uoluntatem ut omnia fiant, quo possimus uitam nostrā in sanctitate et puritate ducere. Et hic incipienda est laus Dei, quæ in pijs perpetua erit gratiarum actio. Qui animū suum ad laudandū Deum non assuescit, in futuro seculo dolebit. Fidelis enim homo iā beatitudine partim fruitur, & si nondum emigrauerit ex hoc mūdo, nondumq; hanc corpusculi molem abiecerit. Ferè quæ salutis sunt negligimus, cum alias tentationes & pericula imminētia non satis cauere possimus nostro consilio et prudentia. Carnales planè ignorant ueras Dei laudes, ob id iuxta proprias concupiscentias

136 COMMENT. IN PSAL. LXXVII  
scientias & uoluptates belluinas uiuunt,  
quasi nulla subsequenda sit alia uita. In  
causa etiam est, morbus internus, quē  
pauci in se regnare agnoscunt. Qui in  
parte interiori corporis ualet, leui me-  
dicamine exteriori damno medebitur.  
Si autem corpus sanitate externa frui-  
tur, et in intimis laborat uisceribus, nul-  
la spes erit recuperandę pristinę uale-  
tudinis, nisi intus adhibitum fuerit sa-  
lubre medicamentum. Simili modo de  
nostri animi morbo dico, si aliquę hy-  
pocriseos maculę inhærent, & mox  
uerbo Domini & precationib. succur-  
ritur, ne pedem figant, tunc sanitas pri-  
stina statim recuperatur. Sin autem in-  
tus peccatis, iniustitiã & infidelitate  
maculati et impuri, tunc frustra omnia  
fiunt, quicquid externe adhibeatur. In-  
teriora purganda sunt amaris potioni-  
bus, si salus speranda. Dominus corpus  
infirmum pro assiduo exercitio dedit,  
quod pronũ est ad peccandũ, si frenũ  
illi laxetur. Verum si orauerimus, non  
unam

unam horam, sed dum uiuimus, spondit Deus se deleturum illa delicta quotidiana, ne noceant ad damnationem. Requirit autem Deus quotidianam emundationem, quæ fit, si precatorem Dominicam ex animo effuderimus coram Domino. Interim discimus etiam, quomodo orationes nostræ fundendæ sunt in omnibus rebus, tam corporis quàm animæ, tam in prosperitate quàm in infortunio, ad Deum saluatorem nostrum per Iesum Christum.

*Voce mea ad Deum clamabo, uoce mea ad Deum & auscultabit mihi.*

**P**ostea indicat Dei erga se iram & seueritatem. Ceterum uidentur ea omnia ex infideli corde fluere. Sed alia ratio est piorum, alia impiorum. Clamat hic fidelis anima ad Dominum, nec desistit donec exaudiatur. Etiam id in alijs Psalmis apparet, ut quum homo plus æquo uexatur, et ita ut nullum effu-

138 COMMENT. IN PSAL. LXXVII  
gium uideat, quàm Dei misericordiã,  
tunc non cessat ad Dominum pro li-  
beratione clamare. Omnis uera fide ca-  
rens, rectè orare non potest, atque sua  
oratione Deum plus offendit, quàm  
quod aliquid assequatur. Neq; preca-  
tio uera cõsistit tantum in externa uo-  
ce. Multi enim non solum clamãt, sed  
etiam boatum ingentem emittũt, qua-  
si sic solummodo exaudiantur, cum in-  
terim nesciant Deum cordium esse in-  
spectorem. Ad Moſen Dominus dice-  
bat Exodi 14. Quid clamas ad me?  
cum tamen illic loci non legatur Mo-  
ſen quicquam clamasse ad Dominũ uo-  
ce externa. Animo autem anxius erat  
ob populi murmurationem, quod Do-  
minus respexit. Paret se quisq; ad hoc  
ut cõstanti spiritu incumbat orationi,  
quum utilius sit spiritu clamare, q̃ uo-  
ce solummodo. Quanquã si cõmunes  
fiunt preces proximo præſente, ut ille  
qui adest, alacrior fiat, & stimulo ali-  
quo adigatur, opus erit uoce, quæ men-  
tis

tis sinceræ testis esse debet erga proximum. Et sic in cōuentu fidelium psalmi & spirituales cantiones alto et sonoro gutture Deo occinenda sunt, sine omni superbix spiritui, non more sacrificulorum nostrorum, qui uel lucri gratia, uel cōsuetudine, sine omni spiritu et intelligentia more psittaci cātillant, imò boant, et instar asinorum rugiunt, ea quæ non intelligunt. Cantiones diuinæ ex corde fluāt, quibus proximus excitandus ad laudē Dei. Quum autem Deus externa uoce in precationib. non indigeat, q̄ est cordium scrutator, p̄i clamant in spiritu et ueritate, idēq̄ ex arcano cordis, ut in Psal. 130. E profundis inuocaui te Domine, Domine exaudi uocem meam, & sint aures tuæ intentæ ad uocem deprecationū mearum. Id est, O ratio piorum ex intimo cordis sinu uenit, qua Deum obruunt. Præcipuè autem mens fidelis exaltāda est, si aliquid impetrare uolumus, quod anime salutē conducat. Hos enim adoratores &

pre-

precatores diligit Dominus, et exaudit.

Ad Deum clamat, nec uult, ut alium  
 quenquam accedamus. Aliqui ex me-  
 ra superstitione mediatores sibi deli-  
 gunt, ut pro se orent, de quibus incerti  
 sunt, an in coelis habitēt, nec ne. Quem  
 admodum & D. Augustinus in quo-  
 dam loco, hoc peruersum genus homi-  
 num taxat. Nulla oratio utilior & effi-  
 catioꝛ, quā quę per te fit, dum adhuc  
 uiuis. Post mortem frustra omnia sunt.  
 Si Moses uel sanctus Petrus pro te ora-  
 rent Dominum, & tu nulla ducereris  
 pœnitentia, inanem sumerent laborē.  
 Pharao obstinatus Mosē, ut pro se  
 precaretur, sollicitabat, sed incassum,  
 quia in Spiritum sanctum peccauerat.  
 Hoc certē plenum stupore ingenti. O-  
 ramus etiam pro regibus & Magistra-  
 tu, & omnibus qui in eminentia sunt  
 constituti. Quum autem in Spiritum  
 sanctum delinquant, ueritatem maiori  
 odio persequentes, quā unquam fa-  
 ctum, oratio nostra caret fructu ob im-  
 pœni-

poenitentiam illorum. Nec in alios respicias, quasi pro te satisfacturos te dormiente ac lasciuente. Quū iudicij tempus uenerit, nemo rationem pro te rediturus est, sed unusquisque reportabit iuxta id quod fecit, siue bonū siue malum, 2. Cor. 5.

Dicunt quidam, Quid si oro, & clamor ad caelum usque, tamen non exaudior. Si uera fide orares, absque dubio preces tuæ exaudirentur à Deo, iuxta illud Ioan. 16. Amen amen dico uobis, quaecumque petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit perfectum. Nec illa solum dicta sunt discipulis, sed omnibus qui Christo nomen dederunt. Quanquā aliquando sancti Dei non sunt exauditi, ut 2. Corin. 12. legimus de Paulo, qui rogarat Dominum, cum ei daretur stimulus per carnē, nūtius satanæ, ut colaphis caderetur, ne supra modum efferretur, quod tamen non caret mysterio, Nam dicebat Dominus



minus ad illū, Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus mea per infirmitatem perficitur. Et Apostoli non semper exauditi sunt. Differt enim sæpe Deus, id quod dare uult, ut nos impellat ad uehementiorem orationem, quemadmodum in Cananæa muliere uidere est, quam noluit exaudire etiā intercedentib. Apostolis, Matth. 15. quo magis fides ad afflictæ mulieris alijs qui aderāt, illucesceret. Dominus nos exaudit, & si nesciamus, nec sentiamus aliquātiſper. Deus requiem ueram & cōsolationem in rebus adflīctis nobis daturus est, si aliqua utilitas aut ad eum, uel Ecclesiam reditura sit.

2 *In die tribulationis meæ Dominum quæsiui, plaga mea nocte diffluebat, et non cessabat, reuult cōsolari anima mea.*

**N**imis seria hæc est oratio. Si homo se ipsum penitius cognosceret, exactius suam uitam & affectus malos pen-

pensiculare, mox hostem domesti-  
 cū deprehenderet, quem secum habet  
 quotidie dimicantem. Nusquā pericu-  
 la maiora, nusquam interitus certior,  
 quàm ubi putamus rem esse in uado,  
 Satan enim non cedit. Si hac hora nō  
 uincet, cras iterum uenit periculum fa-  
 ciens, quo te prosternat. Paulus dicit:  
 Qui stat, uideat ne cadat. Orat Dauid,  
 Spiritum sanctum tuum ne auferas à  
 me. Et nos putamus nihil nobis peri-  
 culi imminere à satana et mundo: Imò  
 qui putant se omnino esse tutos, & sa-  
 tanicas elusiones euasisse depulisseq̃,  
 hi nesciunt, quàm in calamitoso sint  
 statu, quàm in maximis periculis errēt.  
 Videant isti quum in medio laqueorū  
 inambulent, ne capiant. Vires nostræ  
 tantæ non sunt, ut resistere tam poten-  
 ti hosti possimus. Opus est auxilio Do-  
 mini. Ideo orandum ex cordis affectu  
 ad Dominum, qui principem huius  
 mundi eiecit, qui arma hostium no-  
 strorum confringet, eosq̃ comminuet

144 COMMENT. IN PSAL. LXXVII  
ut uentus puluerem, ut lutum platea-  
rum abijciet eos.

Dominum quæsiui) Et nos ad nul-  
lum alium auxiliatorem, more lymphaticorum hominum, curramus. Ad Dominum Deum nostrum Iesum Christum, qui expansis manibus nos expectat, si salutem assequi uolumus, iter dirigamus. Nec aliter docent nos sacrae literæ, Actorum enim quarto audimus Petri uocem, Nec est in alio quoquam salus. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri. Nec ipse uult, ut alius inuocetur, quia alteri suam honorem Deus non dabit, iuxta prophetæ dictum. Quam consolationem animus noster haberet, si ad aliquem mitteremur, qui eque peccatis obnoxius, & tribulationibus uexaretur, atq; nos ipsi? Certè destitueremur omni spe, & nihil quæ desperatio sequeretur, si Deus noster non esset potentior et clementior reliquis, quos mundus stultus pro dijs  
&

& auxiliatoribus ueneretur.

Alij habent, pro plaga mea, manus mea per noctem dispersa est, quasi Afaph alludat ad orationem Moſis, Exodi 17. Qui cum filij Iſraël pugnant contra Amelechitas, manus extenſas habebat, & ſic præualebant Iſraëlita. Cum autem remitteret manus, Amelec uictoria potiebatur. Ob id Aaron & Hur aſcenderunt in ſummitatē colliſ, & ſuſtentauerunt manus eius, hinc unus, atque hinc unus, & uictores filij Iſraël euaserunt. Extende tu manus puras affectuum tuorum, et ſi perſeueras in precando, dubius nō ſum, quin exaudieris. Si autem ceſſas à precibus, & tædium orandi ſubrepit, hoſtis præualcbit. Leuatio manuum Moſis etiā figura erat paſſionis Chriſti, qui in ara crucis ſuſpenſus pro nobis omnibus orauit, & hoſtem ſatanam debellauit, ut nocere amplius pijs poſſit nihil. Videte autem, ne hypocriſis uos in orando decipiat, quæ multis imponit. Qui

uero corde ad Dominū accedit orans,  
uoti compos fit, Cæterum etiam hic  
deuotæ orationis ingeniū describitur.

Renuit consolari) Fortassis affluen-  
tiam bonorum externorum tam Da-  
uid quàm alij, qui eum sequebantur,  
possidebant, nihilominus consolatio-  
ne diuina destituebātur, Siquidem pia  
anima his transitorijs rebus non satu-  
ratur, imò cōtemnit et nihili facit, quic-  
quid instabile ac transitoriū est. Si est  
ris cœlestia, siliquæ famem non depel-  
lent. Necessè alijs cibus adsit, qui fa-  
mē animæ tollat. Cibus externus famē  
ut non satiat, ita nec aufert, sed uerbū  
Domini reficit hominem famelicum,  
quod uerus & cœlestis est cibus, ac ani-  
mæ adflictæ gratissimus. Iuxta illud  
Matth. 4. Non solo pane uicturus est  
homo, sed omni uerbo, quod egreditur  
per os Dei. Paleæ humanarum doctri-  
narum, aut rerum mobilium, non sa-  
turem faciūt, sed magis famem intole-  
rabilem excitant, Multi uerum cibum  
Dei

Dei contemnunt, & alium, illis ut putant gratiorem, ex mera insanía quærunt, & illo affectu æstimant se ingentes delicias habere, quum interim nesciant, quàm miseri sint. Et hi indigni sunt cibo cœlesti, & digni, ut perpetuâ famem sentiât, de qua ne cogitant quidem. Diua uirgo canit, Esurientes impleuit bonis & diuites dimisit inanes. Diuites huius mundi non esuriunt, neque sitiunt iustitiam, ideo non implentur bonis spiritualibus. Habent transitoria & fluxa, quibus contenti sunt, miserum hominum genus. Vos quærите regnum Dei primo, & cætera adijciuntur uobis. Maiorem curam habete animæ, quàm putridi corporis, ad corruptionem destinati. Illa inquam esca, est æternum bonum, illud uero corpus est uermium cibus.

Spiritus sanctus præterea nos hic consolatur, qui ob id παράκλητος uocatur, ut ueraci corde possimus clamare, Abba pater. Omnia siquidem, quæ

k 2 possi-

148 COMMENT. IN PSAL. LXXVII  
possidemus, in agone mortis relinquē-  
da sunt, utpote diuitiæ, uestes, aurum,  
argentum, fortitudo corporis, formo-  
sitas, sapientia, prudētia, & aliæ corpo-  
ris humani dotes. Dic, obsecro, quid  
ea omnia homini profunt, cū morien-  
di terminus instat? Cur igitur tam sto-  
lidi sumus, cristas erigentes, quasi per-  
petuò illis caducis rebus usuri simus?

Considerate etiam, ne quis super ha-  
renam ædificet, ut Matth. 7. admone-  
mur. Volumus semper consolationes  
alias querere, quas Scriptura prohibet,  
cum tamen nullas reperire liceat, si uel  
mare uel terram anxie cucurrerimus.  
Latina exēplaria ab ista huius uersus  
sentētia uariant. Nā habet uetus trans-  
latio, siue sit Hieronymi, siue alterius  
cuiusquam, nolo enim cum quoquā  
hac dere contendere: certè translatio  
illa non est contemnenda. Ea dico ha-  
bet, Memor fui Dei, & delectatus sum,  
Nisi Dominus implantet consolatio-  
nem, nisi inferat gaudium mentibus  
nostris,

nostris, omni oblectatione carebimus. Si ille nos non lætificat, in eo quod pater noster esse uult, quod filium suum unigenitū miserit in mundum, ut qui credit in eum non pereat, Ioan. 3. miserimi omnium mortalium sumus, quos terra sustinet. Dominus aliquando iusta ex causa suis externū auxilium denegat, & in acerbissima quæque deiecit, quo non cessent clamare. Nam hoc est exercitium fidei Christianæ, ut per multas tribulationes in regnum cœlorum toto ueniant.

*Recordabor Dei, & inquietus 3  
ero, querelas faciã, & maxore affi-  
cietur anima mea. Sæla.*

**S**Aepe oramus pro instanti necessitate, adiunctis eleemosynis & ieiunijs, nihilominus non exaudimur, imò magis deprimimur, & tribulationes grauiores fiunt, ut nesciamus, quò nos uertamus. Verum hoc utilius ac beatius nobis, quàm si mox eriperemur è



150 COMMENT. IN PSAL. LXXVII  
spinis tribulationum. Cruce enim probamur, ut quales nam intus simus, appareat. Idcirco gloriam Dei illustriorem reddit, si perseuerauerimus constantes in fide, quam ulla res quantumuis prosperissima, Milites in hac terra sumus, & pugnam detrectabimus. Ad sanguinem usque resistendum est, cum sciamus Deum suos non derelicturum usque ad consummationem seculi, & si succubamus, & caro aliquid aduersi patiatur. Aliam uitam, expectamus et querimus. Ideo non frustra additur hic, Sela, quasi ea uerba in memoriam perpetuo reuocanda, & tanquam tutissimum asylum, ad quod in calamitate confugiamus, apprehendenda.

4 *Tu tenes uigilias oculorum meorum, concussus sum, & non loquar.*

**L**oquitur hic Propheta more uulgaris. Quemadmodum hi, qui aliquis a rege potente uel monarcha flagrant, fixis oculis in facie illorum haerent

rent expectando responſionē gratam. Illis enim anxiū cor eſt & plenū timore, ne repulſam patiātur, ob id ſumma humilitate membr̄is cōpoſitis adſtant. Ita etiā ſunt uota & deſideria fideiium. Sic in Pſalmo 51 dicit David, poſtquā peccaſſet, Cor contritum & humiliatū Deus non deſpiciet. Item Eſaias dicit, Super pauentem et tredientem ſermones Domini Spiritum ſanctum requieſcere. Et ille ſpiritus cōfirmat adſlictas conſcientias. Ita fidelium corda nihil certius habent, quā Deum mox ſuo auxilio adfuturum, ſi in ſuæ gloriæ incrementū faciat. Stultæ preces noſtræ hic reſciuntur, quemadmodum ſupra dixi copioſius.

*Conſideraui dies antiquos, & annos ſeculorum.*

*Recordor carminis mei, & loquor nocte cum corde meo, perſcrutatur que ſpiritus meus.*

**H**omini nihil dulce, nihil iucundum nec gratū, si infortunij acerbitatē sentit, & si illi exquisitissimæ epulæ et Persici apparatus apponerentur. Cogitat perpetuò apud se anxius, quàm potenti manu antiqui patres à crudelissimis hostibus liberati sunt, & ego iuxta libidinem inimicorum meorū exerceor, rapiorq̃. ubi pristina Domini clementia & misericordia. &c.

Potius id in memoriam reuocandum, Deus pater Christum filium suum unigenitum ad has angustias in cruce deduxit, ut diceret, Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? Putas ne te meliorem & digniorem esse Christo? An oblitus es illius, quod crux sit ferenda? Scriptura sacra bene in animo uersanda, & meditanda, sicq̃ affectus isti in uanum abeunt. Nam quæcunq̃ miracula & signa patribus obuenerunt, nobis in utilitatē & bonum facta sunt. Quanquam Dominus sanctos patres non semper liberauerit, sed solum pro  
 nominis

nominis sui gloria quosdam è camino  
 ignis eripuit, quosdam sanguine testa-  
 ri uoluit Dei maiestatem. Certè hoc ra-  
 ro tangit animum nostrum, aliàs peri-  
 culis obiecti, mitiorè ac clementiorem  
 animū haberemus. David tribulatio-  
 nibus omnigenis cum afficeretur, ci-  
 tharam suam in manus arripiebat gra-  
 tias Domino agens. Illum imitemur &  
 spiritus noster tristis, quietus ac tran-  
 quillus erit. Perseuerandum autè est in  
 orationibus, si exaudiri uolumus. Ne-  
 que ulla hic mentio de stultis preculis,  
 quas Beguttæ et Monachi ociosi exco-  
 gitarunt, De ueris orationibus à Spiri-  
 tu Dei profectis, loquor, quæ Deo so-  
 lummodo acceptæ sunt, easq; funda-  
 mus corde non hæsitanti: corpus inte-  
 rea Domino cõmittentes siue illud ser-  
 uet, siue perdat. Et satis tuti erimus, si  
 ijs armis protecti sumus. Si enim Deus  
 pro nobis, quis contra nos pugnabit  
 feliciter?

7 *Nunquid in æternum elongabit se Dominus, & non adijciet ut iterum benignum se exhibeat?*

8 *Nunquid deficit in perpetuū pietas eius, & finem habet uerbum ( consolationis eius ) in generationē & generationem?*

9 *Nunquid oblitus est misereri Deus, & continebit in ira misericordias suas? Sæla.*

**O** Domine Deus exercituum, an non mihi misero peccatori parces? est ne fons misericordię tuę exiccatus? Deseres ne me adflictum, qui nihil aliud es quā ipsissima misericordię imago? Certè Domine nunquā me, hoc scio ex promissionibus tuis, deseres. Scio enim te esse protectorē omniū in te sperantiū. Hęc autē uerba nō sunt desperationis signa, sed intimi affectus & ardentis orationis indicia. Nequē uoluit, & si queratur se desertū, ab oratione desistere, quasi

quasi abiecerit animū, quum adiungatur Sæla, sed feruētius instare, quo tandem Deus exciteatur ad auxiliū prebendum. Verba ista omnia emphatica sūt, et ex corde amaro effluunt, quod nihilominus in Deum, & si ualde prematur cruce, spem liberationis habet.

*Et dixi, ægritudo mea est, (atre- 10  
cordabor) annorū dexteræ excelsi.*

**S**Vpra dixit, Domine, habet ne misericordia tua finem, ob meam miseriam et imbecillitatē: iam seipsum reprehendit, dicēs, Ego loquor ut homo afflictus, debilitatus, & abiectus, qui præ dolore quicquid in mentem uenit, eloquit. Discimus hic, quanto quis maioribus tentationib; obruitur, tãto certiori spe fulciat̃ ob Dei præsens auxiliū. Verba enim hæc bene perpendenda sunt, & cordi inscribenda tēpore mortis, quãdo luctandū est cum peccatis et satana, ne uincamur tam à satanæ suggestionibus, q̃ acerbissimis doloribus, quos

quos corpus sustinet, quum mutationi omnia sint subiecta. Ad sint maximæ angustia, an nō Dominus in momēto temporis illas sedare poterit? Dominus ducit ad inferos & reducit, uulnerat & sanat, diuitē facit et pauperē. Ad illum igit̃ solum respiciamus, ne peccatis nostris ac scelerib, offenda, qui nos in uitæ nouitate, quasi nuper geniti infantes, ambulare uult. Impiorū uoces nihil nos moueāt, qui dicunt, Dominus me punit propter mea peccata, uenia locus non est, ira Dei perpetua super me cubat. Caini sunt & Iudæ imitatores. Pij longe aliter sentiūt & dicūt, de misericordia Dei, quæ in æternū manet. Et sic firmā in Deum spē collocant in ipsa cruce & morte, ut post hanc uitā æterna gaudia consequi se nō dubitent, ut ut ratio humana repugnet.

11 *Recordabor operū Domini: nam memor ero mirabilium tuorū (quæ fecisti) ab initio.*

Medi-

*Meditabor quoq; in omnibus operibus tuis: & de studijs tuis loquar.* 12

**P**Rius neq; spes, neq; ullum solatiū paderat, iam autē fide cōfirmata ex promissionib. patribus datis, et ex operum tuorū maiestate, crescit cōsolatio perquā iucunda, quæ gaudiū afflictæ cōscientiæ excitat. Quasi dicat, iam experior Dei uolūtatē in me suas uires exerentē, delectat nunc me pie et iuste uiuere, Exercitiū meum, quo ad uiuā, erit in lege eius die ac nocte. O q̄ dulce mihi est lex Dei eduliū, ualeat mundus, cū suis delicijs et pōpa, Domino meo tota mente inseruiā cū hilaritate, eiq; adhærebo dū spiritus hos regit artus. Relinquo propter tēporis breuitatē uobis hos affectus examinandos cū utilitate.

*Deus in sancto uiatua. Quis Deus* 13  
*magnus sicut Deus?*

**H**erusalem locus sanctus, quē Deus unice elegit ad cultum suū, in quo etiam loco adorari se uoluit, & in nullo



158 COMMENT. IN PSAL. LXXVII  
nullo alio. Dicit igitur, Ad templū tuū  
uenio, et nullū alium locū inquirō. Tu  
es Dominus qui auxiliari omnibus ad  
flētis hominibus soles, et gratis quidē.  
Agnoscat quisq; seipsum intīme, quib-  
us rebus careat. Et quanquam diuī-  
nam dulcedinē uerbi Dei gustarit, non  
cesset tamen quotidie illa inebriari. Sa-  
tan nouit dulcīa pocula amarīs rebus  
oblinire, quo nos à diuīno nectare de-  
terreat, prohibeatq;. Dominus æternæ  
uitę dulcedinē nunquam ē cordibus  
nostris auferat, Amen.

SERMO SECVNDVS D. IOAN.  
OECOLAMP. IN PSAL. LXXVII.



Vdistis dilecti, hesternā in-  
cōcōne, ad quē orationes  
nostræ sint dirigendæ. Et  
cōmunem regulam Domi-  
nus nobis proposuit, qua docet, ut cū  
fiducia & sine hæsitatione oremus, cer-  
ti nos exaudiendos. Nullæ etenim pre-  
ces Deo gratę sunt, nisi adsit fiducia im-  
petran-

petrandæ rei, quã petimus. Nihil autẽ  
cõducibilius homini ad orationẽ se dis-  
ponenti, quã frequens cogitatio omni-  
potentiæ Dei, bonitatis, misericordiæ,  
& iustitiæ. In Christo ea omnia nobis  
sunt exhibita. Olim Deus omnipoten-  
tiam suam patribus ostendit ex Aegy-  
pto eos educẽs, illã & nobis adhuc ho-  
die nõ denegabit, iuxta Esaiæ Prophe-  
tæ dictũ, qui ait, manus Domini nõ est  
abbreviata, ut non saluet, & nõ aggra-  
uata est auris eius, ut nõ audiat. Vide-  
mus iam eius potentiam.

*Deus in sancto uia tua. Quis Deus 13  
magnus sicut Deus?*

**A**liqui uerba illa sic interpretantur,  
Deus in suo templo uere agnoscitur  
et adoratur, quod est in Hierusalẽ. Alij ad  
cœlum referunt, quod magnæ potentiæ  
indiciũ est illius Dei, qui solem suũ sinit  
oriri super bonos et malos, ac pluuiam  
mittit super iustos & iniustos, Matthei  
ca. 5. Quis alius nouit, cœlũ, solem, lun-  
nam ac stellas creare, quàm Dominus  
Deus noster? Hoc quod spem pio homini

ingentem excitat si ex corde Dei potentiam credit. Cogitate, qualem orationem Spiritus sanctus hic nobis præscribat. In captiuitate sumus intolerabili, ex qua non liberamur, nisi Dei gratia eripiat nos. Clamamus itaque & spe bona fulcimus, Deum nos exaudituros. Admonemur etiam, ne ullam aliam creaturam, quantumuis sanctam & miraculis claram, inuocemus, quam Deum ipsum per Christum. Arguit denique Ethnicos, qui relicto uero Deo ad idololatricam turpissimam se conuerterunt, & ad inutilia opera, quibus se propemodum confecerunt. Nos profecto illis similes fuimus & ferè stultiores, qui Deum aquæ uiuæ dereliquerimus, ad cisternas dissipatas euntes, hoc est, qui Deo contempto, sanctos, ligna, lapides, & quid non adorauerimus, illisque elemosynam collegerimus. O graue peccatum. Utinam adhuc hodie auditores uerbi Domini ab his superstitionibus à teneris imbibetis, ex corde abhorrent.

*Tu Deus facis mira, et nota feci  
sti in populis fortitudinem tuam.* 41

**N**Vllum miraculum, quod ex di-  
uina potentia nō sit factum, et si  
aliquando Angelorū ministerio Deus  
utatur, quemadmodum in Aegypto.  
Sed Angeli hanc uirtutem à seipsis nō  
habent, sed à Deo. Neq; Apostoli per  
propriam uirtutem miraculis clare-  
runt, neq; sibi ipsis tribuerunt, si quem  
sanitati restituerunt. Dicebant enim  
Acto. cap. 3. In nomine Iesu Christi  
Nazareni surge, et ambula, non in no-  
mine Petri uel Ioannis. Opus Domi-  
ni erat: honor itaq; Dei, à quo sanatio  
uenit. Cur non uertimus oculos ad mi-  
racula alia, multo admirabiliora, quæ  
quotidie fiunt, quæq; stupore non ca-  
rent ingenti, nempe cum ex peccato-  
re fit fidelis & homo ex animo resipi-  
scens, ex superbo humilis, ex iracun-  
do mitis, ex contentioso pacificus, ex  
ebrio sobrius, ex scortatore castus, ex a-  
uaro

162 COMMENT. IN PSAL. LXXVII  
uaro liberalis; Hęc sunt mirabilia Dei  
opera. Opus est autem alia natura, et  
uoluntate, si in bono progredi uolu-  
mus, quæ à nullo alio, quàm ab ipso  
Deo datur. Si à consuetudine peccan-  
di antiqua liber esse cupis, ad illum cla-  
ma, qui potest abstrahere ab omnibus,  
quæ ad peccandũ arma subministrat.  
Maius miraculum est, si peccator à ui-  
tijs solitis desciuit, quàm si cæco uisus  
restitueretur, imò quàm si mortui exci-  
tarentur. Dicamus omnes ex cordis  
affectu, Ah Domine fac signum in  
me, ut noua mente doner, ut uitia di-  
gno odio prosequar, ut proximo ani-  
mo iucundo, idq; propter Deum inser-  
uiã. In me nihil tale sentio, natura mea  
semper repugnat, est pugna in me per-  
petua. His orationibus pius gratiam  
Dei ad omne opus bonum postulat.  
Illis autem qui hypocrisi laborant, nõ  
est miraculum, aliquem à peccatis ces-  
sare. Quam fidem putatis habere illos,  
qui tempore paschatis ficta resipiscen-  
tia

tia sacramenta corporis & sanguinis  
 Domini percipiunt, cum iterum, &  
 nō diu post in deteriora & peiora pec-  
 cata ruāt. Mera hypocrisis apparēt co-  
 ram ecclesia, Iudā imitantes, habebūt  
 dignas tandem pœnas, Deo non im-  
 ponent, Ablit etiam à nobis quorun-  
 dam uox, qui dicūt, Domine trahe me  
 ad fidei cognitionem, eo quo Dium  
 Paulum modo, et c. Audi uerbum Do-  
 mini sedulo, et serua illud. Nam hi, qui  
 tractum illum sic ociose expectant, &  
 friuole Deo obloquuntur, Deum ten-  
 tant, neq; serio Dei cognitionem fla-  
 gitant. Media tibi sunt proposita, quæ  
 si cōtempseris, indignus es ulla gratia.  
 Miseri illi Angelum è coelo præstolan-  
 tur, qui eis sit demonstraturus uerita-  
 tis uiam, et cum uerbo Domini, ad hoc  
 ordinato, gratiam Dei reñciunt, ipsis in  
 maximum damnum. Nam illis uerbū  
 salutis odor est ad mortem. Qui se nō  
 emendant, etsi miracula facta per Deū  
 et ministros illius audiūt, nihil eis uult

164 COMMENT. IN PSAL. LXXVII  
tatis adferre potest, si uel quotidie plu-  
ra fierent. Omnia quę Deus operatus  
est, miraculo nō carēt. Quis pro mira-  
culo non numeraret, misericordiam  
Dei, æque magnā hodie esse atq; olim?  
Confuge ad illam precibus indefessis,  
& senties in animo tristi solatium nō  
minimum. Valeant cætera miracula,  
quæ Dei gloriam magis obscurant,  
quàm illustrent. Olim miracula & pro-  
digia facta sunt in Aegypto, quibus  
Pharao cum suis solum deterior redde-  
batur, Israeli uero illa solum usui erāt.  
Nos uerbum Domini sanctum habe-  
mus, quod præponimus miraculis. Et  
illud maioris pōderis apud fideles est,  
q̄ ulla res sit uel preciosissima. Paulus  
1 Cor. 1 dicit, Nos prædicamus Chri-  
stum crucifixum Iudęis quidem offen-  
diculum, Græcis uero stultitiam, sed  
eiusdem uocatis Iudæis pariter et Græ-  
cis, Christum Dei potentiam ac Dei  
sapientiam. Hanc doctrinam loco in-  
gentis miraculi habemus. Si enim ue-  
re

re crediderimus, quod Christus passus sit, & quo modo illud medium redemptionis humani generis contigerit, mirum in modum gaudebimus. Cruce pendi Iudeis fuit res contemptissima, ac apud nos patibulo suspendi. Quem ea non adficiunt, ut Deo gratias agat, non uideo quomodo possit nominari homotaceo Christianus. Et nullus ex Aegypto peccatorum liberatur, nisi cruce prius bene probatus. Neque est, ut crucem grauem uel leuem tibi ipsi imponas, quasi sis liber euasurus. Per fidem in Christum crucifixum uerè libererimus. Crux ferrea uel lignea nihil ad rem facit. Fer equo animo crucem, quā Dominus imponit, per hanc enim intrabis in regnū cœlorum, cum monachi & alij hypocritæ secludantur sua cruce, quam insania quadam ducti & superbia, sibi ipsis imposuerunt, contempta cruce Domini.

*Redemisti potenter populum tuū, 15  
filios Iacob & Ioseph. Sela.*



**N**on absq̄ ratione historia libera-  
 tionis filiorum Israel ex Aegy-  
 pto, quæ sæpissimè tam in Prophetis,  
 quàm Psalmis adducitur, quam uelim  
 etiam uos in recenti memoria habere.  
 Dicit: O tu es fortis Deus, qui poten-  
 ter filios Israel eduxisti ex dura serui-  
 tute Aegyptiaca, submersis eorum ini-  
 micis. Libera & nos miseros & adfli-  
 ctos, qui deprimimur & à satana calli-  
 do, et peccatis grauissimis, ne omnino  
 pereamus. Nullum alium auxiliatorē  
 nouimus, quàm te, qui gaudes homi-  
 nem peccatorem ad te conuerti. No-  
 stis ex historia Geneseos, Iacobum Ae-  
 gyptum immigrasse, fame cōpulsus,  
 cum filijs, uxoribus, & omni sua su-  
 pellectile, Iosephū autem secundum  
 locum post regem occupauisse, & re-  
 gnum totius Aegypti prudentissimè  
 gubernasse. Verum post obitum Io-  
 sephi & bonorū regum, multiplicato  
 & aucto populo Iudæorum, persecu-  
 tio horribilis incipiebat, & adeo gra-  
 uis,

uis, ut pueri eorum masculi aquis submergi præciperentur. Labor omnibus quotidianus præscriptus erat, qui nõ solum non diminuebatur, sed magis magisq̃ augmentabatur. In hac igitur ærumna filijs Israel constitutis, Dominus Mosen famulum suum misit, qui eos potenti manu educturus esset e domo seruitutis. Et quemadmodum Pharao rex impius dicebat Exodi 5. cum Moses & Aaron ad illum missi essent his uerbis, sic ait Dominus Deus Israel, Dimitte populum meum, ut festum celebrent mihi in deserto. Et dixit Pharao, quis est Dominus, ut audiam uocem illius, & dimittam Israelem? Non noui Dominum, nec dimittam Israel. Quare Moses & Aaron abstrahitis populum ab operibus suis? Ite ad labores uestros. Dixit quoque Pharao, En multus est populus terræ, et uos facitis, ut cesset à laboribus suis, et c. Sic nostri Pharaones, Episcopi, & papalis colluuius dicunt, cum pñ uer-

168 COMMENT. IN PSAL. LXXVII  
bum Domini audire uolunt. En nesci  
unt, quàm belle & pacifice degant, o-  
nus illis grauius iniungendum, ne ita  
ociosi & salaces existant, & sic breui  
illius noui Euangelij hostes erunt. Ex-  
actionibus etiam quotidianis eos de-  
grauabimus, quo minus ociosi sint.  
Quærunt nihil quàm libertatem carnis, se-  
ditionem alunt, clam in angulis sua  
conciliabula habent. Resistendum est  
principijs. Hęc sunt consilia impiorum,  
mendacijs plena, et inde uarias perse-  
cutiones et proscriptiones uidemus o-  
riri. Ibi opus constanti fide, ne ab il-  
lis nebulonibus, miris astutijs & pro-  
missionibus, quibus pollēt, adigamur,  
quo Domini uerbum, quod ipsa ueri-  
tas est, et animę cibus, abnegemus mo-  
re quorundam, qui post agnitam ueri-  
tatem, quam negare nō possunt, pec-  
cant, repugnante etiã ipsorum conscien-  
tia. Deus omnipotens miserat seruum  
suum Moſen, mittit & uerbum suum  
quotidie per ministros fideles, sed Pha

rao perpetuò repugnat, & sui similis  
 est, homines abducit & retardat, quo-  
 quo modo potest, nihilq; omittit o-  
 perando & consultando, ne Deo ser-  
 uiant. Et nisi Dominus mirabili sua  
 gratia fulciret suos, actum de illis esset.  
 Quis enumeraret miracula in Aegy-  
 pto facta? Nonne aqua sanguis fit? Id  
 est, sapientia humana fit pernicies ani-  
 marum. Certum, damnabilem esse sa-  
 pientiã, quæ se contra Domini uerbũ  
 opponit, licet maior pars sapientum  
 hac glorientur, Ranæ mundanos ho-  
 mines, cauillationibus, uanitatibus &  
 sesquipedalibus uerbis assuetos signi-  
 ficant, quorum nullum aliud studium  
 quàm in his leuiculis rebus omnem  
 ætatem terere. Cyniphes sunt malæ co-  
 gitationes, quæ nos infestant, uolitan-  
 tes hinc inde, ut nobis obstaculo sint,  
 ne bonum operemur. In summa, quid  
 in ollis Aegyptijs inuenies, nisi blan-  
 da & seductoria uerba, in quibus esca  
 mortis est? Cauete ab eiusmodi rebus,

170 COMMENT. IN PSAL. LXXVII  
ne plaga Domini iam imminens, tandem et uos, ob multiplicia peccata corripiat. Admonemur de ijs quotidie. liceat pauci uere & ex corde se conuertant ad Dominum.

16 *V*iderunt aquæ te Deus, uiderunt te aquæ & contremuerunt, etiam abyssi exagitatae sunt.

17 *N*ubes effuderunt aquas, & uocē dederunt æthera, etiam sagittæ tuæ discurrunt.

18 *V*ox tonitruitui in sphaera (aëris) illuxerunt orbi fulgura, tremuit & commota est terra.

19 *I*n mari uia tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & uestigia tua non cognoscuntur.

**C**um mare diuideretur, populo Israel uiam præbens, magna Dei potentia apparebat, quam nemo negare poterat. Sicq; illegi filij Israel per mare  
re

re transierunt ex Aegypti finibus, Domino sacrificaturi. Quomodo nos Aegyptum deseremus? Per emendationem uitæ. Aquæ illæ, quæ baptismum mystice significant, nihil nocebunt nobis, imò maximè proderunt. Qui Pharaoni non ualedicit, ille nō profundas maris aquas, hoc est huius mundi calamitates emensus est. Tonitrua audiebantur, & grando, omnia, quæ Aegyptiorum erant, deuastabantur, filijs autem Dei ea omnia nihil omnino officiebant. Et quando Dominus legem Mosi dabat, similia tonitrua & fulgurationes & audiebantur & uidebantur, quia Dominus illos uolebat sic per legem terrere. Et quemadmodū grando & coruscationes terrorem hominū incutiunt, ita etiam iudicium maximè conscientias terret, & concutit. Dominum igitur timeamus, colamus & laudemus propter suam bonitatē & mansuetudinem, non propter horribile futurum iudicium & æternam damnationem,

172 COMMENT. IN PSAL. LXXVII  
tionem. Hicq; terrores populo Dei ma-  
gnam utilitatem ferebant, sicut & ua-  
ria plaga, quibus aliquando Deus su-  
os emendat. Etiam hodie hunc ordinē  
Deus seruat, ideo ne putemus id eò ue-  
nire, quicquid est plagarum, quasi om-  
nino Dominus nos à facie sua abiece-  
rit. Job miserè uexabatur, nihilominus  
Dei dilectus seruus. Et quis sanctorū  
non crucis acerbiter expertus est?  
Cum mundus derelinquendus, incre-  
dibile, quàm multa sunt impedimēta.  
In una parte, uxor, filij, amici, & res do-  
mestica, in altera Pharao ipse, & crux  
carni molesta. Hic clamandum ad Do-  
minum altis suspirijs, ut opus suum in  
nobis exequatur. Sepe homo sibi con-  
stituit ea omnia uelle superare, succe-  
dit uero minime. Vbi autem Domi-  
nus uiam demonstrauerit, ibi felix suc-  
cessus & prosper apparebit.

20 *Deduxisti quasi oues populum tuū,  
per manum Mosi & Abaron.*

Chri-

**C**hristus, noster pastor esse uult,  
 nos eius oues simus, quæ uocem  
 pastoris tam beneuolentis audiamus.  
 Christus figuram habet Mosis et Aha  
 ron, ideo illum toto corde sequamur.  
 Ipse oues errantes in deserto huius mun  
 di querit, paratus suis humeris nos ad  
 ouile deferre, pascua uitæ æternæ largi  
 ter proponens, qui omnibus nobis su  
 am gratiam ad consequendam coele  
 stia bona conferat. Amen.

CONCIONES D. IOANNIS OECO  
 LAMP. IN PSAL. CXXXVII SEX.

**D**ilecti in Christo, haud mi  
 rum à multis diuinas Psal  
 morum cantiones uisipen  
 di, & Scripturam totam,  
 Dei Spiritu prolatam sine  
 omni reuerentia tractari, quum de ui  
 ta beata non sint solliciti. Tales enim  
 nihil fermenti diuinarum rerum in se  
 ipsis habent, alias dulci illo sapore affi  
 cerentur. Multæ herbæ & lapilli, quan  
 tumuis preciosi, si uirtus & medica uis  
 ignoratur



ignoratur, in nullo precio habentur. Si uero uis illorū nobis innotesceret, nemo non pararet se ad inquirendum uel herbas, uel lapides. Sic etiā de uirtute et energia Psalmorū loquor, contemnuntur quidem à multis, causa est ignoratio, ad quid utiles sint. Et ne sacrificuli nostri usum Psalmorū norūt, qui illos murmurant die noctuq̄, sed sine omni intellectu & cognitione. Id autē procul à nobis sit, ut more illorū cantemus diuinas Psalmodias. Cantemus sincero pectore spiritualia carmina, et Deum pro illorū intellectu oremus, dabit id Dominus, q̄d petimus sine dubio. Dices autem hic, Audio in hoc Psalmo immisericordem orationem, & planē crudelem, quod Babylon destrui debeat, omni clementia seposita. Patientiæ encomium expectabam doceri, sed contrarium mox prima fronte apparet. Neq̄ illos ualde curo, qui dicunt, Quid ad me Babylon? Quid flumina ista mihi narrant? Cur

mentio

mētio fit organorū suspensorū: Hi omnes ratiocinantur apud se, quasi hic nāhil rhetorico more sit scriptū. certe hoc hominū genus adhuc ignarū rerū diuinarum, nec agnoscunt, quare Psalmi sūt & à Spiritu Dei infusi & scripti. E uoluant, obsecro, omnes ethnicorū libros maiori diligentia, q̄ hactenus, & dispereā si talē ornatū in his inueniēt, atq; hic sese offert, Spiritus sanctus nouit suā dirigere linguā, ut hominū affectus moueat: nouit etiā addere dictis suam uenustatē & elegantia quā nec Lilius nec Cicero adeo exacte suis scriptis addiderunt. Credite mihi, uera patientia hic discit̄ ab ijs, qui sciunt Deo omnia tribuere, quibus deniq; optime cognitū, Deum esse uindicē suorum, & peccatorum punitorem. Hoc ipso canite hunc Psalmum & similes, sano intellectu, & ex cordis affectu.

Primo igitur dicit de Babylone, quæ miserabili clade destructa est. Si enim agnoueritis, qualis nam ciuitas fuerit,

fuerit, qua potentia, quibus ue diu-  
 tijs prædita, multum accedet uobis  
 doctrinæ, imò ista cognitio erit uo-  
 bis tanquam clauis ad legendum cum  
 fructu & utilitate omnium Propheta-  
 rum scripta. Paucis itaque rem omnẽ  
 in medium proponam. Hierusalem,  
 dicitur ciuitas fidelium & filiorũ Dei.  
 Babylon uero, impiorum et infidelium.  
 Et Hierusalẽ terrena, figura fuit coele-  
 stis, è contrario Babylon, quã tot prin-  
 cipes & domini inhabitauerunt, figura  
 huius mundi. Nam sicut spiritalis Ba-  
 bylon est, quam satan malignus cum  
 suis incolit, ita et coelestis Hierusalem,  
 in qua omnes pii & sancti Dei existunt.  
 Qui umbram animaduertunt & figu-  
 ram, facile ad ueritatem & spirituales  
 locum deuenient. Inuenimus Hiero-  
 solymam ciuitatem in loco præcipuo,  
 & à Domino selecto ædificatam, ut 2  
 Paralip. 1 scribitur. Et Psalmo 132 ha-  
 bemus satis expresse Spiritum Domi-  
 ni dicentem: Quoniam elegit Domi-  
 nus

nus Zion, & desiderauit eam habere pro habitaculo tuo. Magna dignitas & excellentia huius ciuitatis, quam sibi Deus delegit ex omnibus, in locum habitationis. In nullo enim terrarum angulo uoluit sibi templum ædificari, quàm in Hierusalem. Hocq̄ nomine ciuitas illa sancta uocabatur, & ciuitas ueritatis, in qua & iusticia legis diuinæ promulgabatur, & uia iustitiæ docebatur. Ibi diuinæ ceremoniæ, sancta sacerdotum Dei sacrificia, ut etiam exteræ gentes ob religionem eam ciuitatem summa ueneratione coluerint, ueneratiq̄ sint

Eum in locū in quo ciuitas Hierusalē constructa est, quidam dicunt Abrahamū filiū suum, quem diligens immolare diuino iussu uoluit, duxisse. Postea & Christus in hoc monte offerri debuit, præterea Spiritus sanctus illic Apostolis datus est in die pentecostes, qua die ecclesia Christiana sua incrementa sumpsit. In summa, in hac ciuitate

178 *COMMEN. IN PSAL. CXXXVII*  
tate Deus cœli & terræ præcipuo cul-  
tu à populo Israel laudatus & uene-  
ratus est.

Audite nunc de Babylonis condi-  
tione, quæ officina fuit omnis idolo-  
latriæ, & omnium scelerũ mater, imò  
armarium satanæ. Habitatio mago-  
rum, & præstigiæ, schola super-  
biæ, blasphemiarum, inuidiæ, avari-  
tiæ, denique & palatium tyrannorum  
crudelissimorum, malleus conterens  
omnem terram, & mons deuaftans.  
Prophetæ dicunt, illic fuiffe locum per-  
ditionis & desolationis, spelunca latro-  
num, carcer bonorum hominum, &  
timentium Deum purgatorium, pau-  
cis ut dicam, sentina omnium scelerũ  
& abominationum. Ideo & tale no-  
men sortita est, ut confusio & deordi-  
natio omnium rerum in se habeat. Il-  
lic enim idololatriæ cultus primo cœ-  
pit. Aliqui dicunt illos ignem adorasse,  
& multa præterea idola habuisse ex hi-  
storijis constat,

Audistis

Audistis iam non modo horrenda; sed etiam detestanda de Babylone, quomodo ciuitas sit dæmoniorum & idololatrarum. Vbi enim idola, ibi necesse etiam diuinatores et falsos prophetas adesse, qui populo imponant suis præstigijs & fascinationibus. Tyrannide denique intolerabili idola defensa sunt, alias & contempta & spreta à multis fuissent. Rex quoque Babel in Esaia cap. 9 dicit, Ponam thronum meum ad aquilonem, id est, occupabo templum in Hierusalem meis uiribus & potentia. Nemo mihi resistet, quantumuis fortis & robustus. Accedit ad hoc, quod fastuosus fuit populus in Babylone, uerum Dei cultum pedibus conculcans, ex quo contemptus Dei necessario sequebatur. Ex superbia uero illa enata est intolerantia, quæ non fert uitia sua reprehendi, imò uult laudari in omnibus. Apud hos pij Prophetæ nullum locum habent, quia non possunt tacere, neque

180 COMMEN. IN PSAL. CXXXVII  
connuere ad uitia. Inde sanguinis ef-  
fusio frequens, et bella crudelia oriun-  
tur. Hi denique proximos pares uel  
diuitijs uel potentia ferre nō possunt,  
ex quorum spolijs, sua speciosa palla-  
tia ædificarūt & decorarunt, imò ex  
sanguine pauperum et uiduarum has  
diuitias collegerūt, quasi Deo hæc cru-  
delitas summè placeat. Gen. 10 legi-  
mus de Nimroth, qui fortis uenator  
erat, potens tyrannus, bellando uin-  
cens multos, ex quorum sudore & san-  
guine construxit ciuitatem, in qua ex  
mera superbia turrim erigere cœlum  
attingentem conabatur, cū suis, quos  
ad hoc persuaserat, quo tuti essent  
ab omnibus incursionibus, aut inun-  
dationibus aquarum. Verum debito  
tempore Dominus adueniebat, et hoc  
opus, quod summo studio inceptum  
erat, ita impediēbat, ut confunderen-  
tur omnino, & ut nullus aliū iam am-  
plius intelligeret. Diuisit etiam eos in  
uarias terras, & gentes. Neque ob id  
male

male sana gens deterrebat, sed aliud institutum excogitabat, quo hostibus suis terrori esset, et liberius posset alios depredari, muros adeo latos construebat circumquaque Babylonem, ut illic quadrigæ quatuor sine impedimento simul incedere possent, Teste Iosepho Antiquit. Iud. lib. 1 cap. 11. Item hortos ferarum habuerunt satis delicatos, in quibus mira uidisses animalia inclusa. Verum quod maxime dolendum est, nullum in Babylone uirtutis studium, nulla iustitia, nullum denique ueritatis uestigium. Qui ueri Dei, iniustitias hominum uindicatis, mentionem faciebat, ille aut contemnebatur, aut ad crucem rapiebatur, quasi domesticorum deorum irrisor. Nolo quicquam dicere de adulterijs ipsorum, & alijs spurcitijs. de quibus satius est tacere, quam pias aures uel tantillum offendere. Qui igitur in hac Babylone detinetur, mox sibi redeundum esse in Hierusalem cogitet, aut



182 COMMEN. IN PSAL. CXXXVII  
pereundum omnino.

Sic iuxta historiam has duas ciuitates, Hierusalem & Babylonem descripsi paucis, quarum una filiorum Dei est & piorum, altera sanguinolentorum & filiorum satanae. Nunc de coelesti Hierusalem & spirituali sermo erit, quae neque lapideis neque ligneis domibus constructur. Populus fidelis, & societas piorum hominum, ut prius dixi, illa Hierusalem est, sicut e contrario impij & scelerati homines Babylon uocantur. Ephe. 1. cap. legimus, Elegit nos in ipso, antequam iacerentur fundamenta mundi, ut essemus sancti & irreprehensibiles coram illo per charitatem, qui predestinauit nos, ut adoptaret in filios per Iesum Christum. Dominus noster in extremo iudicio dicet ad nos Matth. 25, Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis ab exordio mundi. Populus Dei preordinatus est ad uitam, et inscriptus in numerum filiorum Dei.  
Nouit

Nouit exacte Deus suum populum.  
 Cui uult misereri, illius miseretur. Ne-  
 que est situm in potestate papæ aut E-  
 piscoporum, aliquem aut inscribere in  
 numerum filiorum Dei, aut expun-  
 gere pro libitu suo, Dei illud solius est,  
 et non hominis. Quanquam ministri  
 ecclesiæ dent externa signa, quibus ho-  
 mo certificatur se à Domino uocatū;  
 si interna concordant, bene se res ha-  
 bent, & pius non dubitat se in album  
 filiorum Dei inscriptum. Et sicut ciui-  
 tas Hierusalem templum Dei habet  
 sanctum, in quo nihil quàm sancta of-  
 ficia, & à Deo iussæ ceremoniæ perage-  
 bantur, sic uerus populus Dei nihil  
 facit, quàm quod à Domino iussus est.  
 Et habet sanctimoniam, non à seipso,  
 (quæ enim sanctimonia in corpore  
 peccatrice?) sed à Domino Iesu Chri-  
 sto qui ad hoc ordinatus, ut effusione  
 sanguinis sui nos sanctificaret & mun-  
 daret. Ideo nec in nostram iustitiam  
 oculos uertimus, sed in passionē Chri-

184 COMMEN. IN PSAL. CXXXVII  
sti. Ipse enim uerum est templum, per  
quem populus sanctificatur, Colof. 1.  
Et populus iste ciuitas Dei uocatur,  
non leuiter, neque ut alto ocio fruatur,  
delicijs scateat, & uarijs se polluat sce-  
ribus, sed ut Deum laudibus celebret,  
illum colere discat, & cognoscere Ie-  
sum Christum filium eius. Si enim ta-  
lia uere agnita fuerint, quis negaret  
tales in Hierusalem coelesti habitare?  
Hoc facit Christianum, & hi soli Deo  
debitam laudem tribuunt, aliae cir-  
cunquaque ciuitates idololatrijs et ua-  
rijs superstitionibus pollutae, & sola  
Hierusalem Deo uero seruit. Ne pa-  
tiamini uos ab illa ciuitate, aut promif-  
sionibus aut minis abduci. Adam pri-  
mus noster parens magnam felicita-  
tem nactus, & ferè parem Angelis, si  
perstitisset in innocentia, sed cecidit in  
peccatum persuasu satanae, & eiectus  
merito ex horto deliciarum. Ille sit no-  
bis exemplo, ut prudentiores simus,  
ne satanae suggestionibus credamus.  
In

In hac quoque ciuitate leges et ordina-  
 tiones sunt. Iudæi boues & vitulos  
 Domino offerebant, quæ oblationes  
 nihil amplius ad nos. Charitas requiri-  
 tur sincera, iustitiã & iudiciũ à nobis  
 Deus flagitat, hæc cõp faciunt spiritualẽ  
 Hierusalem. Et ubi tales reperiuntur,  
 quis dubitaret illos ad ciuitatem Dei  
 pertinere? Quid autem dicitur, desere-  
 re ecclesiam Dei: hoc nempe, cum uer-  
 bo ipsius contradicitur, & charitas er-  
 ga proximum negligitur. Multi Chri-  
 stiani ecclesiam constituũt, & si non  
 omnes in unũ congregẽtur. Vt Chri-  
 stus caput eorum iam inuisibilis est,  
 ita omnes fideles, in toto orbe dispersi,  
 facie nobis ignoti, Spiritu autem no-  
 tissimi, inuisibiles sunt, quo ad regio-  
 nes locorum, ueniet tempus, cum si-  
 mul congregentur. Merito igitur om-  
 nis cogitatus noster dirigendus est ad  
 huius ciuitatis inhabitatores, quibus  
 promissa est pax, salus, beatitudo, &  
 spiritalia bona. Et quid nõ bonorũ  
 m 5 apud

apud pios Dei: Hæc etiam ciuitas ser-  
uatur & custoditur per Spiritum san-  
ctum, & si quid ruinosum, mox repa-  
rat, facitq; eam stare quàm firmissimè  
in uerbo Domini. Nonne Apostoli et  
aliij uerbi ministri ad prædicandū Eu-  
angelium missi sunt, non uni aut alte-  
ri populo, sed omni creaturæ: Voluit  
enim Deus suam uoluntatem notam  
fieri omnibus, ut qui crediderit & ba-  
ptizatus fuerit, saluus erit, qui uero  
non crediderit, condemnabitur. Per  
prædicationem uerbi Dei puri Eccle-  
sia ædificata est, qui illud non habet,  
ille non ædificat ecclesiam Dei. San-  
cti iurat, se nunquam obliuioni tra-  
diturum Hierusalem. Et quicumque  
in numerum filiorum Dei assumptus  
est, ille non potest non recordari huius  
tam sancti loci. Huc nostri cogitatus  
& sensus dirigendi.

Res autem contraria in Babylone  
apparet, quæ societas est nebulonum,  
et qui in hac sunt, non in honorẽ Dei

con

congregantur, sed in malo. Ibi superstitiones, scæda & abominanda facta, nō dicenda scelera, multi errores, nulla in Deū præterea fiducia. Creaturis adhærent, regni Dei nulla mētio apud eos. Habent quoq; suos tyrannos, subinde nouas leges excogitantes, quibus populum sibi obstringunt, & miris modis deuinciunt ad suas insanias stabilendas. Omnis enim doctrina ex uerbo Domini nō fluens, idololatriā constituit, et si quis pertinaciter huic adhæserit, seipsū & alios pessundabit. Et errores semel imbibiti, raro posthabent, adeo pertinax res est insanus peccator.

Præterea sunt duæ captiuitates spirituales: una, qua satan miris astutijs nos aggreditur, desiderans abducere à uia ueritatis, ab ecclesia Dei, ad mendacia & congregationem malignantium, sit id uel per superbiam, uel inuidiam uel iracundiam, sit quocunq; modo. Princeps mundi hunc illo uicio dehonestat, alium alio & turpiori scelere

scelere quotidie suos commaculat. Hic  
 nullus ordo inuenitur, sed mera con-  
 fusio. Omnes enim satan, & corpo-  
 ris & animę sensus confundit. Quñ ca-  
 nitis hunc Psalmum: Super flumina  
 Babylonis sedimus & fleuimus, dum  
 recordaremur Zion, obuia sit pecca-  
 trix nostra natura, ibi lachrimandi  
 tempus & flendi, non gaudendi & ir-  
 ridendi, quo liberemur per Christum  
 Iesum. Alia tyrannica captiuitas est,  
 longe omnium durissima, in qua con-  
 scientiæ nostræ uexantur, nempe in  
 ciborum delectu, in confessione auri-  
 culari, in missarum abominationibus,  
 in satisfactionibus. Et quis numerarit  
 onera nobis imposita à papalibus istis  
 seductoribus? Hi sunt pessimi tyran-  
 ni, qui potestate sua utuntur strenue,  
 quo homines semel sub iugū missos,  
 in officio retineant, ne cultus institu-  
 tus ante aliquot annos, intereat. Sæpe  
 accidit Christianum etiam populum  
 blandiloquentia aliquorū in captiui-  
 tatem

tatem errorum duci. Nihil autē hic lo-  
 quor de uolentia secularis potestatis.  
 De hypocritis hic mentio est, qui nihil  
 non tentant, ut pios suæ sententiæ fa-  
 ciant, etsi sciant se errare, & quàm lon-  
 gissime à Deo abesse, ibi à lachrymis  
 nō cessandū, et Prophetæ causā huius  
 rei ostendūt. Et 2. Reg. ultimo capite  
 clarissimè uidemus, quare populus ab-  
 ductus sit in captiuitatem Babylo-  
 nicam, nempe ob uerbi Dei contemptū,  
 ob prophetarum piorum proscriptio-  
 nem. Hinc non mirum nostras inten-  
 tiones in precio haberi, quas ex capite  
 nostro effinximus, et si sciamus contra  
 Christi esse institutum. Hinc falsi pro-  
 phetæ suum negocium peragunt, po-  
 pulum animantes, multaq; de futura  
 felicitate plenis buccis deprecantes,  
 quo uentri suo commodius consulāt.  
 Pij uero prophetæ à Domino excitati  
 nō quiescūt populū admonere, & cor-  
 ripere ob peccata, quorū maior pars  
 in Hierusalē occisa. Nam impij illi pro-  
 phetæ



190 COMMEN. IN PSAL. CXXXVII  
phetæ dicebāt, Dominus non derelin-  
quet ciuitatem istā, nos populus Dei  
sumus, sanctos patres habuimus, Deo  
q̄ charos. Sed tandē experti sunt pro-  
phetas à Deo missos, non esse menti-  
tos. Verbo Domini, si quis nō ex toto  
corde inhæret, quid auxiliij sperare po-  
test à Domino, tēpore tribulationis et  
angustia? Dominus enim tale genus  
hominū non agnoscit. Malus spiritus  
ita multos seducit, quod dolēdum est,  
ob inueteratam peccandi consuetudi-  
nem, ut Dei penitus obliuiscantur.

Insuper duo hominū genera cap-  
tiua detinentur, unum totū absorbet  
in Babylonicis uoluptatibus, manda-  
ta illorū sequens diligētī custodia, ido-  
la adorans, & eque malū atq̄ hi, qui in  
Babel nati sunt, imò peius genus ho-  
minū et deterius, quia hi homines ferē  
strenuius pios, quā Babylonij ipsi per-  
sequuntur, nollentq̄ etsi illis permitte-  
retur, Hierusalē reaedificari. Faceffant  
hi procul ē nostro cœtu, qui hostes sūt  
populi

populi Dei, qui est uera Christi cōgregatio, in qua Euangeliū filij Dei docet. Pereāt cū Babylonijis, si resipiscere nolunt. Alterum genus sunt pīj et fideles, quanq̄ in captiuitatē, tā externā quā internam abducti sint, non tamē ob id peiores fiunt, uel aliquid mali designāt more impiorum, sed summo studio cauent, ne quid contra Dominum aut dicant aut agant. Ezechiel, Daniel, & tres pueri non polluebantur idololatrijs Babyloniorum, etsi captiui detinerentur, sed Deo seruibāt, contemptis etiam minis & tormentis, quibus Babylonij illos à uero Dei cultu auocare constituerant. Neq; regum quamuis potentissimorum constitutiones illos mouebant, ut Dei sui obliuiscerentur. Daniel in lacum leonum coniectus, tres pueri in fornacem igneam, nihilo minus stabiles fide in Deum creatorē cœli et terræ erāt. Hinc pīj flent, hucq; respiciunt hi Psal. i & hæc querelæ. Hominibus cognitione uera Dei præditis

192 COMMEN. IN PSAL. CXXXVII  
ditis, neq; corpus neq; uita, taceo exter  
na bona, preciosiora sunt, quam Do  
minus ipse & eterna uita, uariè et si cõ  
temnantur, irrideantur & cõculcetur,  
attamen gaudent. Neque se duriori iu  
go implicari patiuntur, ut à Deo defi  
cerent, hocq; ipso hi canunt has can  
tiones affectu pio. Atqui Hierusalem  
non reædificatur, nisi Babylon destru  
cta fuerit. Dũ uiuimus, semper aliqui  
erunt, qui uarijs peccatis aggrauatur,  
neminem excipio, qui ab Adam ori  
ginem ducit. Pugnandum igitur in  
hac uita strenue, ne peccata preualeat.  
Et pijs uehementer dolet, qd peccarint,  
repugnant etiam satanæ suggestioni  
bus, cogitantq; perpetuo, ut crescat  
ædificium Dei in animis ipsorum, &  
confidunt in passionem Christi, qua  
sciunt se liberatos. Hi itaque in uera  
cœlesti Hierusalem habitant, ubi gau  
dia immensa & nunquam interitura,  
quæ Dominus Deus nobis omnibus  
per Christũ Iesum impertiat. Amen.

SERMO

SERMO SECVNDVS  
PSAL, CXXXVII



**D**ILECTI, heri, quid Spiritus sanctus de Babylone & Hierusalem admonuerit, reor, percepistis, nē pe: quomodo Hierusalē figura sit congregationis fidelium & piorum, Babylon autem infidelium & impiorū. Nec non audistis Psalmū istum non ab omnibus in captiuitatē abductis cani, sed solum ab ijs, qui nouam & innocētem uitam instituerunt, illis etenim gaudiū non dicendum eiusmodi cantiones ex pectoris intimo eruētare. Suboritur hic dubium nonnullis, qui dicunt, Nonne absurdum est per diuinam iustitiā pios æque uexari atque impios, qui digni sunt pœna? Verum est in externis plagis pius cum impio corripitur, eandem pœnā sustinet, ut Dei iustitia manifestetur. Quum autem rem ipsam penitus intuemur, neminem mortalium  
n inue-

194 COMMENT. IN PSAL. CXXXVII  
inuenimus, qui parum se posset coram  
Deo, ob suam innocentiam ac iustitiam  
iactare. Treis pueri in fornacem igneam  
coniecti, se peccasse cum patribus suis  
ingenue confitebantur. Nam iuxta The-  
odotionem Azarias sic orauit, In ueri-  
tate & iudicio induxisti hæc omnia su-  
per nos propter peccata nostra. Quia  
peccauimus, & iniquè egimus rece-  
dentes à te, & deliquimus in omnibus,  
& mandata tua non audiimus, neque  
fecimus sicut præceperas nobis, ut be-  
ne nobis sit, & omnia quaecumque indu-  
xisti nobis, & uniuersa quaecumque feci-  
sti nobis, in uero iudicio fecisti. Ex his  
palam fit, quod Azarias se iuste à Do-  
mino sciat affligi. Pijs itaque externum  
supplicium & incommodum, solum ten-  
tatio & probatio est, exercitiumque, an  
in fide firmi mansuri sint, quo Deus glo-  
rificetur. Iobum scitis uarie fuisse affli-  
ctum, ut de Lazaro Euangelico nihil  
dicam, sed egregie perstitit in laudando  
Deo. Didicerat ex Spiritu Domini, cru-  
cem

cem esse ferendam, ob id dicebat ad  
 uxorem suam: Etiam bonum accipie-  
 mus à Deo, & malum nō suscipiemus:  
 quasi dicat, Non feremus momenta-  
 neam crucem, quā nobis Deus impo-  
 nit, nūquid propterea à laudando Deo  
 deficiemus? Nunquid propter tempo-  
 raria ista mala, æterna illa ac præstantis-  
 sima bona amitemus? Sic sanctus Iob  
 auertit uxorē suam sibi ualde mo-  
 lestam. Videndus est in omnib. rebus  
 exitus. Nemo hic friuole more quorū-  
 dam iudicet. Si punit Dominus, ne pu-  
 tes sine causa id fieri posse. Neq; om-  
 nes tam iusti sumus, ut nulla pœna di-  
 gni inueniamur. Quis nouit, an tale  
 quid mala quorūdam uita exostulet,  
 quo emendentur, & peccata summo  
 odio tandē prosequantur? Iudicia Do-  
 mini abyssus multa. David peccarat 4.  
 Regū ultimo, & populus puniebat, a-  
 deo ut XVII. milia hominū peste simul  
 interirent. Hoc consiliū de omnib. uo-  
 bis, non ex me ipso, sed è Scripturis de-

196 COMMENT. IN PSAL. CXXXVII  
promptū est, si absque offensione ambulare constitueritis, ut Dominum in suo regno dominari permittatis. Creaturam imbecillem creatori tam potenti & sapientissimo contradicere, piaculum summum sit. Agit nobiscum iure & paterno affectu Dominus, si etiam seuerissime puniat. Et punit quosdam, ut alij, quos flagellū Dei non tangit, in tempore pœnitentiã ducant. Quamvis maior pars hominum Dei flagella nihil reputet, quasi ad se non pertineat, quicquid Deus cum alijs agat. Videbunt tandem, Dominū nihil frustra unquam operatum fuisse. Obstinati more Pharaonis ferè obstinatiores admotis plagis fiunt. Gaudium ingerere deberet nobis omnibus, si Deus ad hanc suam operationē nostro corpore uteretur, quia fidelibus omnia in bonum cedunt. Imò fidelis plus cupit affligi, si agnoscit Dei uoluntatem & eius gloriam iri promotam.

Dominus igitur proposuit hanc regionem

gionem, uel centum è numero piorũ  
 uel malorum plagis quibusdam affice-  
 re, & teipsum inter hos recenset. Neq̃  
 opus ut cum Deo disceptes, an dignus  
 sis hac poena, uel nõ. Potest tuo corpo-  
 re uti ad quodcunq̃. Probaris enim à  
 Deo, & exerceris his tribulationibus.  
 Pio nulla est plaga, si quid molestiarũ  
 fert, quia scit Deum patrem sui curam  
 gerere & nihil mali posse accidere. Et  
 si quid patitur, scit aut in sui utilitatem  
 fieri, aut in Dei gloriam. Et sic sese res  
 habebant cum ijs, qui à Babylonicis  
 afflictionem sentiebant. In Deum ani-  
 mo & pectore credebant, qui præsen-  
 tem crucem leuem & commodam sua  
 gratia reddebat: Agnouerant enim iu-  
 stitiam Dei id requirere, & longe cru-  
 deliora se esse supplicia meritos, si Do-  
 minus iusto suo iudicio uellet cum eis  
 agere. Loquor autem hic tantummo-  
 do de pijs hominibus: Nam malis ni-  
 hil non durum & amarum, quodcun-  
 que Dominus cum illis agit, imò dam-



nabile, quia apud illos perpetuæ audiuntur murmuraciones contra Deum & eius ordinationē. Dominus illis Prophetas misit, qui strenue suo officio facti sunt, incitādo eos ad bonum, & dehortando à peccatis, & dolore ingenti cruciabantur, quod tam pauci uerbo & admonitionibus Domini credebant. Clamabant indefinenter, ut uel aliquos lucrifacerēt Deo, & è faucibus diaboli, qui Babylonios ferè deglutiuerat, eripere possent.

Quod denique pī fleuerunt, et querulas uoces emisērunt, ne id ex infidelitate uel desperatione uel pusillanimitate factum esse ratiocinemini. Lachrimas has ciebat idolorum cultus & defectio multorū à Deo uero. Quis enim pio pectore præditus non illachrimaretur, cultum Dei uidens cessare et contemnere, & eius loco idola & turpitudines coli, & ab ijs, qui solius Dei nomine gloriabānt? Hoc ipso hi fletus nō sūt signa inobedientiæ uel diffidentiae, sed  
tristis

tristis animi ob Dei cultum diminutum indicia. Neque unquam p̄ij cogitarunt, imò ne somniarūt, crucem Dei sibi impositam uelle detrectare & effugere, satis edocti, iuxta Dei uoluntatem esse uiuendum, & omnia, quæ in hoc mundo accidunt, æquo animo esse ferenda. Dominus aperiat nobis oculos cordis, ut ea quæ ad salutem tendunt, perspicuo uideamus, & ea quæ nocēt, tanq̄ uenenū præsentissimū fugiamus.

*Iuxta flumina Babylonis, illic sedimus et fleuimus, cum recordaremur Zion.*

**B**abylon aquis undique munita tam intra muros quàm extra. In una parte Euphrates, in altera Tygris fluuij currunt. Riui etiam hinc inde ducti, plateas ciuitatis perluunt. Et sic propter multitudinem aquarū circumfluentium, difficilis introitus & exitus fuit, illicq̄ captiui facile detinebantur sine omni cura. Hoc itaq̄ p̄ij queruntur,

tur, quod in tali captiuitate sint, ex qua nullum sit effugium. Inuenimus etiam filios Israel in magna tribulatione & angustia fuisse Aegyptum relinquentes, cum undique aquis circumdarentur, & nullus esset locus euasionis. Esaias simile quid indicat capite 11. sed adijcit consolationem, dicens: Dominus exterminabit linguam maris Aegypti, & agitabit manum suam super fluuium infortitudine uenti sui, et percutiet eum (ut redigatur) in septem torrentes, & faciet calcare (eum) in calciamentis. Si illa considerabimus iuxta filium historiae, certè magnum impedimentum habuere filij Israël, ob aquas, quæ fugam inhihebant, ob id merito conqueruntur.

Sedimus) Non fortè fortuna sederunt, quemadmodum ociosi & uoluptuarij homines, sed ut angustiati & perplexi ob quotidiana incommoda, quibus inuoluebantur. Et qui potuerunt nō tristi animo esse pñ, quum cultu

tu Dei & templo priuarentur. Habemus in Hieremia Threnorum capite primo similem sententiam, Quomodo sedet Domina gentium, id est sine consolatione, plena tristitiarum, non ualens propter mœstitiā amplius stare, cogitando suam miseriam? Videmus id in afflictis hominibus, qui ita in terram desidunt præ mœrore, quasi omnino dissoluta omnia sint illorum membra.

Fleuimus) Non potuerunt non lacrimari, & omnem dolorem deuorare, in his tribulationib. constituti. Causam fletus & ululatus iam subiungit.

Cum recordaremur) Non quod supra modum adfligerentur, & adeo ut ferre non possent, sed hoc tristitię causam adferebat, quod à Zion abducti essent in exilium. Nullus iam sacerdos, nullum templum, nulla sacrificia. In summa, omnia erant collapsa, & amota, in quibus Domino Deo seruebant. Quod & testatur Esaias cap. quinto,

Et nunc notum faciam planè uobis  
 ipsis, id quod ego facio uineæ meæ, a-  
 moueo sep̄ eius, & erit in euacuatio-  
 nem, dirumpo materiam eius, & erit  
 in conculcationem. Et ponam eam de-  
 uastatam, non putabitur, neque fodie-  
 tur, & ascendet sentis & spina, & su-  
 per nubes præcipiam, ut ne pluant su-  
 per eam pluiam, &cæt. Nunc uos il-  
 la spiritali sensu accipite, alias nulla  
 utilitas, nec commodum uobis acce-  
 det. Duplex autem fletus est, publicus  
 & priuatus. Publicus ad populum in  
 tribulationibus iuxta riuos aquarum  
 huius mundi positum spectat, quia cu-  
 stodimur ab innumeris hostibus, ne  
 Domino Deo seruiamus. Custodimur  
 etiam per mandata Episcoporum, ut  
 merito dicere possemus, omnia felicia  
 & fortunata erant in ecclesia tempore  
 Apostolorum, sed iam omnia in con-  
 trarium ordinem uenerunt. Hi uerbum  
 Domini clare & purè, quemadmodum  
 à Christo & Prophetis hauserant, præ-  
 dica-

dicarunt, nihil addentes, nihil detrahentes. Diligentissimi solum in hoc, ut Deus pater, per Christum agnosceretur. Charitatem erga proximum summo studio plantarunt, seiplos exemplum proponentes cum sana doctrina. Neque maius gaudium illi neque plenius habuere, quam numerum fidelium augeri. Hic erat una anima, & unum cor in omnibus. Nihil constitutionum habebant de cibis & prohibitione coniugij, quam doctrinam Paulus satanicam uocat. Pax summa erat et tranquillitas cum unanimitate inter fideles discipulos Christi. Excitabatur quidem persecutio aliquo modo, sed à gentibus, quæ non erant in numero fratrum, quod et illis predictum erat à Christo Domino. Apostoli denique ministri erant mysteriorum Domini, et serui omnium fidelium, non Domini, non principes, non rectores huius mundi. Iam pro dolor, contrarium uidemus in nostris ecclesiarum columnis. Sunt Domini ferè totius terræ,  
im-

imperant Cæsari & regibus, ut ne la-  
 tum unguem à suis præceptis & man-  
 datis discedere audeant. Pompa apud  
 illos maior & splendidior, quàm in ul-  
 lius regis, quamuis potentissimi, aula  
 uidetur. Et quod magis dolendum, fe-  
 rè omnibus hoc titulo insignitis annū  
 prædicatio uerbi Dei nausea est, et cum non  
 prædicent, neque adeò docti sint, ut  
 possint, alios impediūt, & persecun-  
 tur summo odio, etiam usque ad effu-  
 sionem sanguinis. Nonne dissimiles  
 in his apparent Apostolis in multis lo-  
 cis? Imò & apud nos eò uentum est, ut  
 merè fabulæ pro uerbo Dei proponant  
 simplici populo. Neque illos hypocri-  
 tas pudet illius rei, adeo perfrictæ fron-  
 tis sunt. Gloriantur etiam, cum male fa-  
 ciunt, quasi nemo audeat illos castigā-  
 re. Si oculos dirigimus in opera chari-  
 tatis, tunc illa adeo disiecta & deplora-  
 ta sunt, ut una hebdomada, si uel tantil-  
 lum attingere uellem, nō absoluerem.  
 Ingredere, obsecro, papisticū templū,  
 nihil

nihil quod apostolicis scriptis conforme sit aliqua ex parte, reperies. Cogor aliquid de boatu sacrificulorum adducere, quē quotidie in templis peragunt sine omni deuotione. Quero an Apostoli ita cantarunt in templis, an præceptum habeant ab illis id agendi? Nihil habent quod respondeant, et ne iota ex Scripturis diuinis proferēt, quo se possent defendere, 1. Corinth. 14. legimus, quod omnia ab Apostolo instituta sint ad ædificationē populi, nihil in destructionē. Obsecro, quid illi suis murmurationibus utilitatis populo conferunt? Nihil omnino. Murmurāt Psalmos non intellectos, ducti mera auaritia, & nisi præsens numus adesset, paucos uideres in templis cantillantes. Missam perpende, quomodo illa iam in usu habetur tam foedo & abominando, o bone Deus. Prostat tanquā meretrix, quam uili pecunia comparabis ad omne genus scelerum. Apostoli alium usum in fractione panis habuerunt, & de cœna  
 Domi-



Dominica longe alia tradiderunt. Mis-  
 sarij autem nostri stant soli sericis indu-  
 ti tanquam puppæ coram altari, & ne-  
 mini uel tantillum dant, neque ullam,  
 si quis uel aliqua miseria adfectus, con-  
 solationem acquirit, & stant solum lu-  
 cri dulcedine allecti. Charitatis sym-  
 bola aliud institutum à Christo habēt.  
 Miseri Papistæ opus ex cœna Domini  
 fecerūt, uolunt pro peccatis uiuorum  
 & mortuorum satisfacere. Per quod fa-  
 ctum summam blasphemiam commi-  
 serunt, annihilantes passionem & sacri-  
 ficiū Christi filij Dei. Hic fontes la-  
 chrimarum effluant, hic nō cessemus  
 ululare ad Dominum, ob sacrificulo-  
 rum quorundam peruersitatē, qui ad-  
 flicta conscientia missant, quum sciūt  
 se male agere. Vbi sunt iam piij & Chri-  
 stiani episcopi, qui illis bonis uiris, ue-  
 ritatem agnoscentibus, liberariq; à ca-  
 ptiuitate illa Romana cupientibus ma-  
 nus porrigunt? Ah nulli sunt in toto  
 orbe Christiano, quibus ueritas Chri-  
 sti

ſi ſyncera cordi ſit. O cœlum, o terra.

Admoue oculos ad laqueos pœnitentiæ papifticę, quibus miſeræ animę longo tempore conſtrictæ fuerūt. Ad Chriſtum animarū medicum non miltunt egrotos pro conſolatione, quemmodum facere iure deberent, ſed ad opera, ad ieiunia, ad preculas monachorum, ad ſomnia, ad ſatiſfactiones. Hoc ſac, dicunt, & illud opus, & ſic à peccatis liberaberis. Allegant literas indulgentiarum, & nescio quibus præſtigijs dementent miſerum populum. Error eſt dānandus & ſeductio. Qui in Chriſto filio Dei nō conſolatur, ille & ſi omnia omnium ſanctorū opera haberet, uacuis cōſolatione maneret. In Chriſto plenitudo gratiæ, de cuius plenitudine nos omnes accepimus, Ioannis primo.

Excommunicationem illorum, qua uſi ſunt, oro, examina, & meram tyrannidem in illa depræhendes. Erat olim Chriſtiana excommunication, qua  
pecca-

peccatores à uitijs, blandis admonitionibus auocabantur. Neq; satanę mox homo tradebatur ob pecuniolam aliquam, non statim cum scœnore auaro redditã. Scitis enim usum papisticę excommunicationis ubique dissimilem ab ecclesia Christiana. Quod flagitiũ, quod scelus Papistę excommunicatio ne remouerũt? Certẽ nullum, imò sceleribus ianuam per illam aperuerunt. Qui fit? Ipsi proceres ecclesię pollutissimi erãt, imò quod horribilius, peccare contra præcepta Dei nihili faciebant. Adulteri fuerunt, scortatores, ne quid turpius dicam, quomodo igitur illi hæc uitia attingere, quomodo populum, ut cessaret ab ijs, admonere auerent?

Præterea rogo, nosti ne aliquid preciosi in templis illorum ostendere, dignum Christo, & fidei populo in utilitatem adductum? Aurea ne idola & argentea prolaturus es? Picturæ uariæ & lasciuæ, quas ne Ethnicici in ædibus  
pro-

proprijs tulissent, taceo ea in templis Christianorum inueniri? Cur hi sumptus ingentes & inutiles, non in pauperum usus, in uiuas Dei imagines impensi sunt? Idololatriæ fons est inuentio imaginum. Qui uerum fateri uult, dicet nihil in templis hæcenus uisum, quod non à uero Dei seruitio abduceret. Apostolica scripta nihili reputata sunt à præcipuis ecclesiæ ministris, ob id non mirum, omnia mala et pestilentissimos errores subsequi. Vnde, dii boni, tot sacrificuli ociosi, & indocta animalia, terræ onera? Vnde tot sectæ monachorum & nonnarum? Vnde tot festa sanctorū. cantiones à Deo auocantes, tot preculæ inanes? Apostoli ea omnia ignorarunt, Sioni id clamest. Si in pristinum statum ecclesia ueniret, nō dubito quin breui id quicquid est, ruiturum sit.

Amici Dei hæc animo uolentes, non immerito altis suspirijs dicunt: iuxta aquas Babylonis sedimus, à tyrannis

nis pessimis opprimimur, & ne cōsue-  
 tudines malas deseramus, sedulo custo-  
 dimur. Hi enim annituntur summo  
 consilio, quo nos in officio detineant.  
 Principes & potentatus sibi uendica-  
 runt beneficijs pinguibus, qui maiore  
 ecclesiasticorum bonorum partem tur-  
 piter consumunt, partim uenaticis ca-  
 nibus & equis bene pastis, partim scor-  
 tis liberali manu impartientes. Custo-  
 dias denique agunt sedulas, ne uerbum  
 Dei prædicetur populo captiuo. Inde  
 palam fit Herodem, Pilatum, Annam,  
 Caiapham, Phariseos, Sadduceos, Re-  
 ges, Principes, Papam, Cardinales, E-  
 piscopos, Abbates, Canonicos, Mo-  
 nachos tam nigros, quàm albos, et quis  
 numeraret hanc fecē, quæ simul coniu-  
 rauit, aduersum Dominum & Chri-  
 stum eius? Mandata hominum hi plus  
 reputant, quàm Dei, qui mentiri nescit,  
 uerbum, quod lucerna pedibus nostris  
 esse debet. Laudemus nos Deum, quod  
 sua gratia ab istis tyrannis liberati si-  
 mus.

mus. Et oremus indefinenter pro illis, qui in agro nostro sunt, & ubique locorum, quo hanc tyrannidem possent commodè ex humeris suis excutere, ne pereant cum illis. Si iuxta quorundam sententiã res Euangelicę non succederẽt, longe peius habituri essent hi boni uiri, quã antea sub papistis, inò quã Iudæi, antequam educerentur ex Aegypti finibus. Absit id, satan in illis loquitur & uiuit. Vos lachrymate, si fratres nostros in peccata ruere, & non resipiscentiã illa diluere, uideritis, & merito id quidem pijs facient, quia sciunt quid peccata subsequantur.

Alius fletus est fidelis hominis, quo se ipsum deplorat & sua peccata. Examina igitur te, an in Babylone peccatorũ sis, an in Zion, hoc est in fide iũ cõgregatione. Adam inculpatã uitã agebat, antequam in peccatum laberetur: in Paradiso erat, sed eiiciebatur à Domino. Tu si cecidisti in aliquod crimen,

cōstitutum in animo sit, mox regredi ē  
 Babel ad Zion ciuitatem Dei. Explo-  
 ra an tibi sint pñ cogitatus, ardens ora-  
 tio, & charitas syncera, si talem thesau-  
 rum habes, felix es, si illo cares, infelix.  
 Cum superbía, auaritia, inuidia & alia  
 scelera te uincunt, et principem locum  
 in te possident, sedes iuxta Babylonis  
 flumina, & materiam uberem deplo-  
 randi tuam miseriam habes.

Dices, Quæ sunt illa flumina? Ve-  
 tus Adam non absque causa ingens et  
 impetuofum flumen appellatur, per  
 quod uadare non poterimus uiribus  
 nostris, & nisi Dominus sua gratia au-  
 xilietur, actū de nobis erit, aut si in Ba-  
 bylone manemus, aut si uel conamur  
 transgredi, submergemur. Aqua est  
 strepens & celer, neque facilem præbet  
 transitum. Hic totis brachijs anniten-  
 dum, cum Dei gratia, quo alterā ripam  
 ubi peccata dimittuntur, teneamus. Et  
 quemadmodum aqua continuo motu  
 fluit,

fluit, ita & res mundanæ fluunt & transeunt, quia nihil stabile in hoc mundo. Hoc qui agnoscunt, flere nō cessabunt, donec ad tranquillum portū uenerint. Neque magni momenti ob res transitorias lachrimas effundere. Fleas si æterna bona effluxerunt, quæ reparari non possunt. Quamdiu sponsus apud nos, lachrymæ ualeant, cum autem abest tunc tempus flendi. Cum templum Dei destructum fuerit, cum honor Dei cessauerit, & satan principatum tenuerit suis abominationibus, tunc nos in fletum toti soluamur. Sed nescio, qui fiat, quod tam saxea corda habemus, tam ferrea pectora, quæ ne gutulam aquæ emittant, in tantis periculis & tentationibus. Neque ponderis aliquid habet externus fletus, si non internus coniunctus fuerit. Quotidie ueri Christiani desiderant ex hac corporis captiuitate liberari cum Paulo, qui dicebat, postquam multa de pugna carnis & Spiritus differuisset Roman, capite 7.



Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Item alibi ad Philipp. capite primo. Coarctor ex his duobus, desiderans dissolui et esse cum Christo. Ex his facile uidere est, uitam hanc nihil esse quam duram seruitutem. Eandem sententiam affirmat Psalmus 119. qui sic habet, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Filiū prodigum imitemur, qui in has angustias ob famem deuenerat, & id sua culpa, ut domum reuerti animo uoluerit, & patris clementiam rogaturus pro uenisset, Lucae 16. Profecto maiori miseria ad obruti sumus, sed nescio, quam occacata mente uiuamus, quod nolumus ad tam benignum patrem, relictis peccatorum sordibus reuerti. Pij hanc admonitionem in cor rapiant, & sentient absque dubio indicibilem consolationem.

Ad

*Ad salices in medio eius, suspendimus citharas nostras.*

**V**ult dicere: Propter abominatio-  
nes & blasphemias, quas in Ba-  
bel oculis nostris cōspeximus, adeo tri-  
stes & exanimes fuimus, ut omnis læ-  
titia & gaudium à nobis discesserit.  
Scitis per citharas & organa, tristes &  
mœrore perturbatos homines exhila-  
rescere, idque tristitiæ quod ex aliquo  
casu conceptum est, per ea instrumen-  
ta leniri. Neque opus citharas percel-  
luisse in captiuitate existētes, & iam in  
ipso mœrore suspendisse. Sed cōmuni  
more loquit̄ Scriptura, estq̄ sententia,  
si quis eo tēpore citharā pulsasset, alia-  
que lætitiæ organa, nihil gaudiij popu-  
lus captiuitatis habuisset, eo quod Dei  
cultus blasphemaretur. Eramus in me-  
dio salicum, id est in locis turpibus, in  
quibus omnis lasciuiā et petulātia cer-  
nebantur, nec nō peccatorum ponde-

re oppressi, ubi nihil dulcedinis, sed amaritudo amarissima. Et quemadmodum apud salices nullus fructus provenit, licet apud Babylonios nihil boni & æqui expectandum est. Vobis omnibus id etiam sit dictum, quum in peccatrici uita estis, ut iustitiam ueram ob peccata commissa habeatis, quò Deus uestri misereatur.

Discite in super hæc cōsolatoria uerba non omnibus esse proponēda. Tempus obseruandum est. Neque etiā margaritæ porcis proijciendę, aliās conculcant eas. De malis hic nihil dicimus. Piorum est mentio, qui contendunt Babylonem deserere. Egregia cithara, si dico, Remissa sunt tibi peccata tua. Neque dulciorem cātum & amcētiorem fidele pectus cupit. Si autem <sup>ab illis</sup> istis adhæres, dulce, & spei plenum carmen non audies, neq; ullum uerbum consolationis apud illos est. Discedendum ab illis, et puluis calciamentorum excutiendus, ipsis in signum futuræ dam-

damnationis. Hocq̄ est suspendere citharam. Ne autem te seducas in hoc, quasi apud homines omnino sit silendum, & quos peccatis nosti pollutos, illos non esse arguendum, indicanda sunt peccata omnibus. Scelerati sunt docendi iuxta illud Psalmi 51. Sceleratos docebo uias tuas, & iniqui ad te conuertentur. Qui peccatis scatent, neque uolunt resipiscere, his est leue gaudium & damnabile, & si omne genus lætitię habeant. Ideo tempus est lætitię, & tempus tristitię. Pius nouit ad præsens tempus omnia sua accommodare. Si redemptus es à Deo gaude, arripe citharam & lude, id est, age Domino ex corde gratias, & statim è Babylo-  
ne duceris per Dominum, ut ingenti gaudio cum proximo tuo gaudeas. Age etiam gratias Domino ob proximi utilitatem, quando nobis pacem, tranquillitatem, sanitatem corporis, & reliqua dona concedit, præcipue si suam ueritatis lucem in cordibus nostris ac-

218 COMMENT. IN PSAL. CXXXVII  
cendit, quam Dominus nobis omni-  
bus largissime donet, per Iesum Chri-  
stum Dominum nostrum, Amen.

SERMO TERTIVS  
PSAL. CXXXVII



**D**ILECTI in Domino, præ-  
cipuam nostis esse sapien-  
tiam, cum homo suum in-  
ternum defectum, & mor-  
bum, quo laborat, agnoscit. Quamdiu  
enim ignorat aliquis morbi uim, quo-  
modo Dominum pro sanitate rogabit,  
& quomodo medium & uiam in ani-  
mo expendet, ut ab hoste grassante in  
animam præstantiorem partem, libere  
tur? Hoc ipso Scriptura sacra hic & u-  
bique nos huc dirigit, quo morbi inna-  
ti ingenium agnoscamus, imò etiã na-  
turam totius corporis (quod est eccle-  
sia, quæ nobis cõmendata esse debet)  
nobis cognitissimã esse uult. Et ibi o-  
pus diligentis oratione, ut illud, quod  
peti-

petimus assequamur. Oratio enim quę Deo placet, diligens & sedula esse oportet. Dominus aliquando tribulationes & uarias cruces immittit, ut sic hominem superbum & arrogantem humiliet & deiciat, quo ardentius et synce-rius ad ipsum clamet. Ob id legem sic ordinauit Deus, quam homo non implebit, & si contendat, eo modo, quo implenda est, Romanis septimo. Neque in nostris uiribus tantum potestatis existit, ut implere liceat. Oratio igitur ardens fiat, qua Dominum demulceamus, ut suo spiritu, id quod nos nō possumus, ipse efficiat. Idcirco Psalmi uersus hic præsens hoc egregie nobis proponit, ut nostra miseria agnita, & ecclesię totius, pro qua orare debemus, ac defectu perpenso, diligentius ad Dominum clamemus. Omnes enim preces eo modo fiant, ut sint communes. Quòd autem ecclesia Christiana detrimentum patiatur, & uarijs periculis subiaceat, intellexistis. Tyranni enim

ac pseudochristiani premunt eam oneribus, quæ nec ipsi portant, & ne uno digitulo attingunt, ut impediunt uerum Dei cultum. Præterea adest carnis pugna & inimicitia contra Spiritum uehementes, ut ne carmen iocundum in animã ueniat. Ibi itaque opus consolatione & Christi Spiritu, aliàs mœrore consumemur. Neque aliquos offendat Psalmũ istum in rythmos redactũ, quem more consueto canimus, etsi quædam uerba insint, hic non expressa, tamẽ nihil sensui detrahunt uero, ea quæ addita sunt, sed explanant obscuriora, & clariora reddunt. Valeant Papistæ, quibus nihil placet, quã quod auaritiam redolet.

- 3 *Quoniam ibi interrogauerunt nos, qui ceperant nos, uerba canticum, cum suspendissemus (instrumenta) lætitia: Cantate nobis de canticis Zion.*

Vbi

**V**bi captiuitatis uincula subeun-  
 tur, ubi homines crudelissime tra-  
 ctantur, uel ob rebellionem, uel defe-  
 ctionem, uel ob alia peccata, ibi nihil  
 auditur, quàm blasphemiarum, indigna-  
 tiones, & contumeliosa uerba, tam à  
 captis, quàm ab ijs, qui captiuos sic mi-  
 sere & detinent & tractant. Ob id non  
 inutile erit, historiam hinc adferre, Iudæ-  
 orum captiuitatem ob oculos ponere,  
 quo nos illorum calamitate admoniti,  
 caueamus ne simile quid ob peccata  
 nostra patiamur. Iusto Dei iudicio Iu-  
 dæi perierunt, quod per Prophetam  
 Hieremiam prædicatum per quadra-  
 ginta annorum spacium. Sed quid effe-  
 cerat Propheta clamando & inhortan-  
 do: nihil aliud certè, quàm quod con-  
 temptior esset, ac ab omnibus irridere-  
 tur. Interea rex Babel Hierusalem de-  
 bellauit, iuxta Prophetæ uaticinium,  
 templum destruxit, & populum duxit  
 in Reblatha (qui locus iam Antiochia  
 uocatur) Occidit illic sacerdotes et Le-  
 uitas,



uitas, cum principibus, Regem fugam  
 molientem deprehendit, & oculis pri-  
 uauit, quem & ultimo in caueam in-  
 cludit. Hincq; apparet crudelitas Ba-  
 byloniorum, qua uisi sunt erga inobe-  
 dientes Iudæos. Si regi & Principibus  
 non pepercerunt, quid putas cum po-  
 pulo misero & uili actum esse? Certè  
 nihil crudelitatis & immanitatis omi-  
 serunt. Hocq; etiam Esaias adfirmat,  
 quod Iudæi in maledictionem futuri  
 sunt, id est, tam cõtemptibiles erũt om-  
 nibus, ut eum qui imprecaturus est ali-  
 cui malum fatum, dicturum esse, Con-  
 tingant tibi Iudæorum mala. Nec non  
 Hieremias similem sententiã profert,  
 capite uicesimo quarto dicens, Et da-  
 bo eos in commotionem, in malum in  
 omnibus regnis terræ, in opprobrium  
 & in parabolam, in recitationem, & in  
 maledictionem in omnibus locis, quo  
 expellam eos. Neq; hoc scribitur, qua-  
 si licitum sit Christianis Iudæos cõtem-  
 ptui habere, etiam si essent peiores. Do-  
 minus

minus in illis suum iustum iudicium, omnib. nobis proposuit, quod ex pio corde cōtemplandum est, ne simile aut deterius quid & nobis obueniat. Ad hæc Iudæi è patria profligati sunt, & varijs miserijs adflicti, & derisui omnibus expositi. Et quod intollerabilius omnib. est pijs, Deus blasphemabatur apud Babylonios miris modis. Dicebant enim, ubi est Deus uester, ubi sabata, ubi lætitiæ instrumenta? Quando uobis Deus uester, quem tot sacrificijs quotidie coluistis, auxiliatur? Quā infirmus est Deus uester, qui uos sic permittit tribulari? Ah quàm miser populus estis? Hic oriuntur interni dolores, tristitia, & mœstitudo, cum tales sermones audiunt. Et has odiosas uoces populus Dei deuorare coactus est. Nobis utilitas ex ijs non minima accedit: & utile hoc ipsum scire et fructuosum, quo patientiores, si talia audire cōtingat, existamus. Id enim Christianis omnibus peculiare perpetuò fuit, ut mul-

ta patiantur propter Christi nomen. Neque mirum seruos Christi his angustijs premi, quum Dominus, qui caput illorum est, non immunis fuit ab irrisione, contemptu, persecutione, & morte. Ioannis decimo quinto, Si mundus uos odit, (dicit Dominus) scitis quod me, priusquam uos odio haberit. Si de mundo fuissetis, mundus quod surum est diligeret. Quia uero de mundo non estis, sed ego selegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi uobis. Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt, & uos persequentur. Mundus nobis est Babylon, hostes sunt, qui Babylonē inhabitant, non contemptibiles sunt hostes neque timidi, sed acerrimi & crudelissimi. Scimus has irrisiones, cōtempus, opprobria, & maledictiones non accidere fidelibus, nisi Deo permittente, idq; precedentibus peccatis nostris, ob quę Dominus talia nobis ut emendemur, ob  
oculos

oculos ponit. Paterna est uirga, qua suos Deus punit, ne cum mūdo damnentur. Merces nostra non est in huius mūdi salo, sed alibi in cœlis apud Deum patrem. Peregrini in hac terra sumus, sicut patres nostri, nullum stabilem locum habentes, in quo perpetuò maneamus.

Si Euangelij prædicationem auditis ex corde, & tenetis, obediatisq; fidei, mox in Phariseorū & scribarū occurretis contemptum. Et eo modo excipieris, quo Christus filius Dei, omnium quos terra sustinet, clementissimus exceptus est. Seducitor illis erat, seditiosus, Samaritanus, satanico spiritu plenus, à Galilæa usque Hierusalem mendaciter dixerūt, eum populum seduxisse & turbasse. Et quid non excogitant contra innocentissimum Christum? Plaustra conuiciorum aduexerunt. Quo tempore illis benefecit, et infirmos tam corpore quàm anima sanauit, eo temporis spacio Hierusalem facta est

cta est Babylon. Inter duos latrones  
 Christus suspensus, ac irrisus etiam ab  
 illis. Si merito Christum uocassent, &  
 accusassent blasphemum hominem, qui  
 contra Moſen & Deum quædam lo-  
 cutus eſſet, cur non lapidibus eum ob-  
 ruerunt, quæ pœna blasphemantium  
 erat? Cauſa adest, quod peior apud il-  
 los exiſtimabatur, quàm ullus blasphe-  
 mus. Quanquã nihil ſine Dei ordina-  
 tione hic factum ſit, quia uoluit turpif-  
 ſima morte perire. Voluit execrari, ut  
 nos ab execratione redimeret. Iudæi  
 hunc locum ſcripturę: Maledictus qui  
 pendet in ligno, putabant Chriſto be-  
 ne quadrare ob ingentia ſcelera, quæ  
 falſis testimonijs collegerant. Contra-  
 rium autem accidit, ut in Gal. ca. 3. ha-  
 bemus in hæc uerba: Chriſtus uos re-  
 demit ab execratione legis, dũ pro uo-  
 bis factus eſt execratio. Scriptum eſt e-  
 nim, Execrabilis omnis, qui pendet in  
 ligno, ut in gentes benedictio Abrahę  
 ueniret per Chriſtũ Ieſum. ut promiſſio  
 nem

nem Spiritus acciperemus per fidem.  
 Ea omnia conuicia Dominus in Iudæos impios merito retorquere potuisset. Multis enim & enormibus uitijs & sceleribus iniquinati & scatentes his temporibus Iudæi fuere, quod etiam historici Ethnicorū produnt. Seditiosi erāt, Caesaris potentiam & dominium moleste ferētes, homicidijs polluti, auaritia absorpti, inuidia pleni, idololatrae, legis Dei contemptores, Prophetarum piorum irrisores & occisores. Et quid uitiorum nō habuit populus iste perditionis? nihilominus cum Christo agunt quasi sanctissimi sint, & integerrimi, quum non turpior nec scelestior fuerit populus in toto terrarū angulo.

Insuper, quod Christo capiti nostro accidit, id quoque in membris eius inuenitur. Ioseph castus, filius Iacob, fratribus suis somniatoris nomen sortiebatur, cui adeo inuisi erant, ut uendere illum Aegyptio aliquo mercatore, qui casu in illos inciderat, quem occide-

re destinarāt, ni Dei providentiā advocati fuissent ab hoc scelere, ausi sint. Moses diligentissimus in omni re, et erga populum Iudaicum præcipuè, pro negligenti & seductore reputabatur, quasi ab illo in squalidum desertū ducti, quo simul omnes & fame & siti interirent, cum Dathan, Chore & Abyron hi erant, qui populum & seducerent, & perderent. Peculiaris mos est seditiosis ingenijs, & ad dignitatem aliquam adspirantibus, ut quod ipsi mali instituūt, de hoc alios incusent. Immunes uolunt esse etiam à sinistro rumore, cum interim meram seditionē in peccatoribus suis alant. David quid passus sit à Saulo rege, quem Deus ob suā inobedientiam reiecerat, cui est ignotum. Saul exemplum invidiæ, probum & piū David conabatur omnibus modis extinguere. David unctus erat in regem populi Dei à Samuele Propheta, idēq; iussu Dei, nihilominus hinc inde profugus oberrabat, & nusquā tu-

tus

tus ante obitum Saulis. Quanquam tandem regno potitus, & multa felicitate erga hostes utens, nihilominus uaria est passus. Nonne Semei aspergebat Dauid conuitijs, cum fugeret Abschalon, uocans illum, ut haberetur 2. Samuelis decimo sexto, uirum sanguinū, & uirum Belial. Imò ibat in latere montis, ex aduerso eius eundo & maledicendo, mittebatq; lapides contra eum, & puluerē spargebat. Innocens Dauid erat, nihilominus æquo animo hæc conuitia et lædorias ferebat, seruos suos et Principes, ne huic aliquid male inferrent, inhibens. Sic patiendo hæc uincebat, nolens conuitia rependere conuitijs. Helias denique nō expers fuit crucis & irrisionum, cum uiam & uoluntatem Domini doceret. Achab ad illū dicebat primo Regum decimo octauo, Nunquid tu es ille, qui conturbat Israel? Qui respondit: non ego turbauī Israëlem, sed tu & domus patris tui, cum deserueritis præcepta Domini, et



230 COMMENT. IN PSAL. CXXXVII  
tu ambulaueris post Baalim, Helifæus  
irridebatur à pueris ob caluiciem. Nec  
Hieremias, quum ex Spiritu Dei in-  
stare captiuitatem ciuitatis Hierusalē  
prædiceret, caruit cruce, conijcieba-  
tur enim in carcerē, et alapas sentiebat.  
In summa, omnes sancti Dei Prophetę  
qui unquam extiterunt, tali modo sunt  
excepti à malignis hominibus. Et quod  
certissimè sciebant, utpote edocti à Spi-  
ritu sancto, pro mendacio abominabili-  
bus, & fabula excogitata habebatur.  
Perpetuò illis seditionis nomen adscri-  
ptum est, cum totis uiribus ad summā  
obediētiā admonerent & Dei & ho-  
minum. Hodie, dii boni, quid nō Pon-  
tificij seditionum moliuntur: quas pijs  
& Euangelio adhærentibus adscribe-  
re non erubescunt, qui nihil petunt &  
cupiunt, quàm optimè ecclesiæ Chri-  
stianæ & Apostolicæ consultum, qui-  
busq; solum cordi est, pristinam eccle-  
siæ puritatem reuocare. Hi inquā, co-  
guntur ab illis miseris Papistis omnia  
ferre,

ferre, quanquã innocentissimi sint. De quibus Paulus his uerbis, 1. Cor. 4. scribit: Ad hoc usq; tempus & esurimus et sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & incertis uagamur sedibus, & laboramus operantes proprijs manibus, male audientes, benedicimus, persecutionem patientes, sustinemus: conuictijs affecti, obsecramus: ueluti excrementa mundi facti sumus, omniũ reiectamentum ad hunc usque diem. Vult Paulus dicere: Neque sedula oratione, amicitijs & beneficijs impetrare à mundanis hominibus possumus, ut nobis benè uelint, adeò in nos exacerbati sunt, ob Christi liberam cõfessionem. Ipse Christus erat mundo acuta spina in oculis et crux molesta. Quid mirum si discipuli sui & ministri etiam tale quid experiuntur, nam mundus tales ferre potest minime. Si passiones sanctorum consideramus pressius, inuenimus impias uoces quorundam perpetuò, qui aut pecunia corrupti, aut ex

mera malitia per se propensi ad mendacia & falsa testimonia spargenda, nihil non audeant. Hi enim pijs hominibus scelera immania et blasphemias in Mosen et in Deum adscripserunt, et sic habebantur, quasi pessimi mortalium fuissent, cum reuera ne unico peccato conuicti essent. De quibus Paulus ad Heb. ca. 11. fusissimè scribit, in hæc uerba: Per fidem operati sunt iustitiã, assecuti sunt promissiones, occluserunt ora leonum, extinxerunt uim ignis, effugerunt acies gladij, ualidi facti sunt ex imbecillitate, effecti sunt robusti in bello, incursiones auerterunt exterorum. Mulieres acceperunt ex resurrectione mortuos suos. Alij uero distenti sunt, aspernati redemptionem, ut potiozem fortirentur resurrectionem. Alij rursus ludibrijs & flagris explorati sunt, insuper & uinculis & carcere, lapidati sũt, dissecti sunt, tẽtati sunt, occisione gladij occubuerunt, oberrarunt in ouillis & caprinis pellibus, destituti, pressi, afflicti,

ficti, quibus indignus erat mundus,  
 in desertis errantes & montibus, ac  
 speiuncis & cauernis terræ. Hos mun-  
 dus nihil curat, imò potius persequitur  
 pessundat & conterit, qui sunt precio-  
 sissimus in oculis Domini thesaurus.  
 Qui fit quod pñ adeo inuisi sint mun-  
 do: Causa est, quia Babylon oculos su-  
 os in fastuosos uertit, equis phaleratis  
 insidentes, in uestes splendidas, in labi-  
 les diuitias & incōstantes. Hi enim ue-  
 ritatē ferre non possunt, sed summo o-  
 dio illam persequuntur. Quis hodie hoc  
 non tam clarè atq; solem ipsum cōspi-  
 cit: Nulla ueritas, nulla fides, nulla iu-  
 stitia apud hoc hominum genus inue-  
 nitur. Mendacta excogitāt, quibus ue-  
 ritatem expugnare nituntur. Et quod  
 uerè docetur & Christianè, hoc illis est  
 falsi prophete uox et seditiosi hominis.  
 Sanctos expellunt & proscribunt: ne-  
 bulones & homicidas amant, fouent,  
 et habent in delicijs. Quis sancta Chri-  
 sti sacramenta magis cōspurcauit, con-

tempfit, & nihilifecit unquã, quã illi  
 ipfi Papiftæ, focij Iudeꝝ Ifchariotis? Si er  
 rores illis obijcis, quos cõmittunt quo  
 tidie, & ueritatis uiam oftendis, infani  
 unt, & furiant more bestiarum. Confi  
 dera illorum uitam, actus, conuerfatio  
 nem, opera & sermones, dic per uerita  
 tem, quid honesti, quid decoris, quid  
 pietatis & religionis hic apparet? Hi  
 sunt illi uiri, qui preciosissimã Christi  
 Saluatoris nostris passionem diminuũt,  
 & Turcis ridiculo exponunt.

Dicunt Papistæ, Quãdiu hos Præ  
 dicantes fouemus, & patimur, nihil be  
 nignitatis & clemẽtiã à Deo habemus,  
 adsũt morbi uarij et inauditi, bella un  
 dicq; gliscũt, & inimicitia inter patrem  
 & filiũ audiuntur. Ira Domini nos con  
 sumet, nisi illos perdamus, & doctrinã  
 illorũ extirpemus. O blasphema uox,  
 & multis lachrymis digna. Cur nos nõ  
 accedunt hi clamosi, & impia pectora,  
 & Scriptura sancta cõuincunt nos ta  
 les esse, propter quos ira Dei sauiat?  
 Non

Non poterunt id, Deo sit laus. Dicant mihi, neque poterunt inficias ire, quis Deum ad iracundiam prouocet? An ille qui uerbum Dei sanctum blasphemat, uel ille qui summè extollit, ueneratur, et ex corde cupit illo uiuere omnes? O quam peruersa iudicia hominū, qui id quod bonum est, malum esse dicūt. Apparet etiā cæco, illos caput esse omnium maledictionum, quas Dominus immittit. In ore multi habēt perpetuò, falsus est Propheta, hęreticus, seductor populi, sed difficile id probare. Habes tu illum pro hęretico, qui uerbum Domini Dei sincere prædicat, qui paratus est doctrinæ suæ cuiuslibet petenti rationem reddere: Erras maximè. Hi seductores sunt, qui uerbū Domini adulterāt, qui humana somnia pro diuinis scripturis prædicant, qui à Christo filio Dei uocant ad creaturas, ad ligna, ad lapides. Nostra omnia in hunc scopū diriguntur, ut Christus Iesus glorificetur, laudetur, & colatur ab omnibus.

Neque

Neque aliud quærimus, & conciones nostræ tale testimonium ferent. Illi autem in Papam suum respiciunt, illius præscripta pro oraculis diuinis habent, & plus illi obediunt, non more Apostolico, quàm Deo ipso, & eius uerbo. Illi leue peccatum est contra præcepta Domini aliquid designare, et graue, cōtra Papalia & Episcopalia statuta uel hiscere. Habent pro periuro, si quis uota rescindit, quæ ex uerbo Domini agnoscit esse impia, cum illi bis per omnem modum periuri sint, & adulteri sponso suo Christo. Non cogitāt quæ in baptismo promiserint, imò & si animo insidet huiusmodi promissio, attamen nihil pendūt, & pro leui negotio ducūt. Coniugati sacerdotes illis sunt abominatio, quos & satanæ tradunt. Scortatores interim et adulteros in precio habent, & beneficijs onerant, quos tamē Deus execratur. Coniugatorum ministrorum liberos contemnunt, & miris conuitijs lacessunt, scortatorum  
autem

autem blanditijs fouent. Nonne peruersum ordinem uidetis? quò uentum est bone Deus. Sed nihil noui sit apud pios, à seculo id factū. In patientia igitur feramus omnia, in Deum cœli & terræ respiciendo: Ille enim nouit hæc & alia, quæ nobis sunt occulta, in sui gloriam disponere.

Absit etiam à nobis procul, ut oremus Dominum pro uindicta, uel ut alijs maledicamus in nostris precibus. Cupimus solummodo gloriam Domini auctam & locupletatam, crucem denique ablatam, si id Domino uisum fuerit. Qui cum rege aliquo collocuturus est, prius quid proponere uelit, & quibus uerbis perpendit. Quanto magis hic opus erit prudentia & sedulitate, si Deū accedimus, petituri aliquid ab eo? Etsi Deus splendida et fucata uerba nō curet, sed affectus & cor syncerum, ut Psalmus 51. habet, Spiritum cōtritum & humiliatum Deus non despiciet. Reuoca ante oculos cordis malos cogitatus,



tus, quibus satan te dementat, etiã contra uoluntatẽ tuam. Quis enim unicã Dominicam orationẽ sine aliquo cogitatu proferre potest? Adfunt irrisiones malorũ spiritũũ, ut illis acquiescamus, quæ nobis suggerunt, sed pñ resistunt totis uiribus, & expellunt, quicquid in animũ satan immittit. Ut angeli boni gaudio immẽso affluũt, si peccator respicit: ita ẽ cõtrariò angeli mali, si peccatis polluimur, gaudent et exultãt. Longo tempore pueriliter uiximus, et satis derisi, ob cultũ idolorũ, ob missarũ abominationem, ob pœnitentiæ præscriptam formã. In his enim satan sua gaudia habuit nos ita decipiẽdo. Occasionem, quã uerbum Domini præscribit et dat, ne contemnamus, sed summa diligentia arripiamus, et ueritatis uiam sequamur, crucẽ in patientia & humilitate toleremus. Si in te ipso, mentẽ multis tenebris opinionum obscuratam, si animam à uerbo Domini, quod cibus est salutis, nauseãtem, plus inclinatam  
ad

ad mala, quàm ad Dei præcepta, dico, si tale quid in te depræhendis, scias te uulneratum usque ad mortem esse. Illic opus querela & eiulatione ad Dominum, ut iterum sanet. Sic audistis, quod primo catholicæ ecclesiæ sit ratio habenda, secundo ut quisque pro suo ipsius defectu preces ad Dominum fundat. Malí tyranni sunt & astuti, si quem ceperunt, facile non dimittent. Iudæi LXX, annis in captiuitate detenti fuerunt. Qui carcere inclusus est, tempus et horas numerat, et nihil illi dulce, nec iucundum, ob tenebrosi carceris horrorem. Quanto magis tibi id faciendum, si uel paruo momento peccatis maculatus, cogitandumque perpetuò quo iterum munderis. Principes mundi huius, uiros & foeminas in carcere cœnobiorum per uolentiã quandam detinent, & ferreis repugalis includunt. O quàm grauis Domini ira illos manet. Antiqui patres uota monastica non ita extulerunt, ut perpetua esse deberent. Liberum fuit  
etiam

240 COMMENT. IN PSAL. CXXXVII  
etiam tempore Ambrosij ingredi soday  
lita illa, uel egredi. Quid igitur hi faci  
unt aliud, quàm tyranni Babylonici  
spirituales?

Episcopi nostri, cum Phariseorū ca  
terua, nō contenti sunt statuta & leges  
sub pœna aliqua pecuniæ promulga  
re, sed minant etiã transgressorib. pœ  
nã, nempe indignationē Petri & Pauli  
perpetuã. Inclamant deniq; principū  
& ciuitatum auxilia, ne papatus ruat;  
imò & instigant ad sanguinis innocen  
tis effusionem. Satanae machinamenta  
sunt, qui illos in totū possedit, ut atriū  
suū custodiant. Item nostis, quibus nos  
captiuauerit peccatis, auaritia, super  
bia, inuidia, ira & immisericordia, in  
numerisque alijs uitijs, quibus totis ui  
ribus resistendum, alias ligatis pedi  
bus & manibus proijciemur in exte  
riores tenebras, ubi fletus et stridor de  
tationis. Caueat quisque ne causa sit suæ  
ministris suis furere & debacchari.

Vos

Vos quod Dei uerbū proponit, summo studio amplectimini. Deus scit modum, quo suos defendit, cōtra omnes insultus mundi & satanæ, quantumuis sæuiant. Pij si multas subsannationes ab impijs audiant, quid mirum? Nihil est noui, id Christo etiam accidit. Quid nam illi impij dicunt ad fidele cor, cum in tormentis est? Illud nempe, Vbi est Deus uester, quando auxiliabitur? Non est uerus Deus, alias uos eriperet. Vbi uester Christus? et c. Has calumnias quotidie audimus. Nā quādo Dominus permittit aliquem ex pijs ad gloriam suam amplificandam, in potestatem illorum uenire, quem morti ob Christi confessionem addicunt, ideo facit, quo innocentia illius omnibus nota fiat. & Christi uerbum, ad salutis uiam ducens innotescat, ne ullā tandem excusationem non auditi uerbi habeant. Quanquam illi causas aliquas ex mero mendacio & inuidia cōfictas habeant, more solito impiorum,

qui semp̄ pretextū aliquem sui sceleris  
 et crudelitatis quærūt. Addūt insuper:  
 Docebimus illos imagines adorare, s̄  
 ctos inuocare, missas celebrare, Salve  
 regina canere. Dolet dicere, ea quæ cer  
 tissimè scio facta esse in locis multis, &  
 ab ijs, qui antiquæ fidei nomē habere  
 se iactant. Verū Christus, merito om  
 nes fideles solat, qui his calumnijs, in  
 cruce pendens ac grauissimis dolori  
 bus circumdatus, nō caruit, non mirū  
 itaq; sit, si nobis tale qd euenit: Dicebāt  
 enim impij homines illudētes Christo:  
 alios seruauit, seipsum nō potest serua  
 re. Si rex Israelis est, descendat nunc de  
 cruce, & credemus ei. Cōfidit in Deo  
 liberet eum nūc, si uult eū, dixit enim,  
 Filius Dei sum, Matth. 27. Nōne et no  
 stri tyranni similes Iudæis sunt, qui di  
 cunt: Eia pulchrum Euangelium ha  
 bes. Vbi est Christus tuus, ubi Paulus  
 tuus? Cane nobis Psalmum aliquem  
 etc. sanguinarij canes ista & alia non  
 dicēda ob pias aures, his quos sine om  
 ni

ni misericordia torquēt, obſciūt, abie-  
cto omni pudore. Latroni plus miseri-  
cordiæ exhibent, quàm fideli foemine.  
Noui loca, & uos noſtis, ubi talia acci-  
derūt. Chriſtianus magiſtratus aliter a-  
git, pios defendit, & impios perſequit,  
ſed non, niſi admonitionibus nolunt  
locum dare pijs. Hi impij, contempto-  
res ſunt ſanctorum Apoſtolorum, &  
Scripturæ totius, quia illis ſunt Pſalmi  
diuini, canini latratus, luporum ulula-  
tus, & felium noctiuagorū raucū mur-  
mur. Deus has cōtumelias diu non fe-  
ret, niſi me omnia fallant.

Res gaudio plena, redemptionem  
à peccatis & ſatanæ regno per Chri-  
ſtum factam, intimo pectore cogitare.  
Hinc laus Dei uera, & Pſalmi dulces è  
corde effluent, etiam ſi nos mundani  
homines ſumme deſpiciant. Verum  
quo magis cantus diuini ab impijs cō-  
temnuntur, eo magis pijs ad Dei laudē  
propagandam accenduntur. Neque  
falſorum prophetarum murmur illos

244 COMMEN. IN PSAL. CXXXVII  
impedit, quo minus suauiter canāt, no-  
runt impiorū cogitatus. Quid nā cogi-  
tāt? Illud nempe, si sanguinem illorū ef-  
fuderimus, si ministros illorū proscri-  
pserimus, si mandatis illos deterrueri-  
mus, statim silentiū illis imponemus,  
ut tuti simus ab istiusmodi, hoc est di-  
uinis cantilenis. Atqui cur illis dolet di-  
uinas odas cani? Multæ adsunt cause.  
Timent ne cantus illorū cesset, qui culi-  
nam pingue facit. Cantus autem illorū  
nihil in se habet, quàm merū menda-  
cium & hypocrisin abominandā. Dei  
gloriam non quærunt, sed suum pro-  
prium commodum. Docent præterea,  
hominem nescire an in gratia Dei sit,  
nec ne: an Deus nos amet, uel odio  
prosequatur. Caue ab illorum doctri-  
na, quæ nihil quàm desperationem ad-  
ducit, si numis carueris. Sis certus ex  
Euangelicis doctrinis Deū te amare,  
tibi bene uelle, non propter opera tua,  
uel merita, sed per Christū Iesum. Ne  
igitur curæ sit, quicquid impij sacrifi-  
culi

culi deblaterent ore polluto. Sanum iudicium nosti habere, si pium & sanctum uirum intueris, quod Deo placeat, quod in numero fidelium sit, idem iudicium in te ipso experiere. Et cane iucundum carmen Iesu Christo in corde tuo: etsi corpore afflictionem patiaris, nihil refert. Dominus spiritum uegetabit ad omnes hos cruciatus perferendos. Commendo itaque has cantiones uobis, ab ecclesia fidelium perpetuo cantatas. Et orate patrem coelestem, ut nos sua gratia donet, quo eius gloria, quae est Christus Iesus non diminuat, sed crescat. Amen.

## SERMO QVARTVS



Hesternae die multis uerbis proposui uobis, quemadmodum populus Dei in hoc mundo, qui uere Babylon dicitur, maximis tribulationibus uexatur, conuictis impetratur, ut merito cum Apostolo dicere possimus, Ro. 8. Propter te morti tradimur, & sicut oues occisionis facti sumus



246 COMMEN. IN PSAL. CXXXVII  
mus, Psalmo 43. Nā mundus in quo  
antichristus fiducialiter regnat, opti-  
mè cōparatur (Apoc. 13) bestia de ma-  
ri ascendenti, capita septem habenti,  
& cornua decem, et super cornua eius  
decem diademata, & super caput eius  
nomē blasphemiae. Id est, mundus nul-  
lo non tempore pios & fideles flocci-  
facit, neque illis fauere potest. Iulianus  
Cæsar sedulo cauebat, ne Christiani pu-  
blicis officijs fungerentur, idēq; sub mul-  
ta inhibebat, uolens hoc cōsilio Chri-  
stianū nomen diminuerē, cū ferē om-  
nes simus gloriae & honorū cupidi. Et  
inter alia suae insanie facinora, curabat  
nouos libellos prescribi pueris, quibus  
in ludis deberent institui, quo omnino  
Euangelij sermo obliuioni traderet, &  
ut suę uenie et idolorū cultus in precio  
haberentur, sed frustra miser laborabat.  
Quemadmodū & hodie uīdemus, mū-  
dum sua irrisione et persecutione plus  
promouere laudem Dei q̄ ulla alia res,  
adeo mirabilis est Deus in suis operi-  
bus

bus. Quanquā et populus Dei tristitia afficiatur & summo dedecore, nihilominus gaudium solidū, quod in Deo habet, non amittit, sed fortiori & feruentiori animo Deum suum laudat et colit. Ad quod Paulus 2 Cor. 4 alludit dicens, Habemus thesaurum hunc in testaceis uasculis, ut uirtutis eminentia sit Dei, & non ex nobis. Id est, nos miseri mortales sumus, nisi gratia Dei nos suffulciret, actum de nobis esset. Subiungit itaq; Dum in omnibus premimur, at non anxij reddimur, laboramus at non destituimur: persecutionē patimur, at non in ea deserimur, deijcitur, at non perimus, semper mortificationem Domini Iesu in corpore circumferentes, ut & uita Iesu in corpore nostro manifestetur. Paulus duo iungit simul, ecclesiam tribulari, sed non deprimi. Apoc. 1. legimus, quod oculi filij hominis tanquam ignis flumina essent, et pedes eius similes Chalcolibano, uelut in camino ardentes. Id

248 COMMEN. IN PSAL. CXXXVII  
est, habent ignem tentationis, nihilo-  
minus non abijciunt spem in Deum,  
sed magis erigunt illam tempore tribu-  
lationis. Adsimilantur enim palmæ ar-  
bori, quo magis illa deprimitur, eo ma-  
gis crescit, & in latū ramos protrudit.  
Ita est populus Christianus, quem per-  
secutiones erigunt, cum e contrario fe-  
licitas & abundantia, bonorum desi-  
diam & neglectum Dei pariant. Di-  
scunt etiam pusilli fidei, si cadūt, quod  
non per omnia et in ueritate Deum a-  
marint, ideo lapsus ille ad pœnitentiã  
uiam mox ostendit, prescribens miseri-  
cordiam Dei patris. Nam iustus sep-  
ties in die cadit, sed mox resurgit et pœ-  
nitet se peccasse cōtra creatorem suū.  
Nemo enim sine peccato inuenitur.

4 *Quomodo cantabimus canticum  
Domini, in terra aliena?*

**A**BSIT ut interpretemur uerba illa,  
quasi ex pusillanimitate sint di-  
cta, more quorundam, aut ex intoleran-  
tia,

tia, quum fideles Deum perpetuo lau-  
 dent, siue illis res prosperè succedant,  
 siue sinistrè. Verum itaq; intellectum  
 capite, ne erretis. Sæpius Scriptura ta-  
 les uoces nobis proponit, quæ si non  
 sano intellectu hauriuntur, offensio-  
 nem simplicibus præbent. Babylo-  
 nij non ob id cantica Domini à Iudai-  
 co populo efflagitabant, quo Deus ue-  
 rus laudaretur, neq; quod illis cantio-  
 nes huiusmodi adeo gratæ & iucun-  
 dæ essent, sed hoc studebant, quo Iu-  
 dæos captiuos à cultu ueri Dei auoca-  
 rent ad idololatriæ seruitium, quod ipsi  
 summo loco habebant. Et simul insta-  
 bant, ut Psalmi isti in honorem idolo-  
 rum suorum canerentur. Estq; senten-  
 tia, nolebant post uarias derisiones &  
 uix tolerabiles tribulationes, quibus  
 nos uexarunt, à conuitijs desistere, ut  
 Deo gloriam darent. Faciunt more il-  
 lorum, qui Dei cœli & terræ condito-  
 ris obliti sunt omnino. Et uolunt dice-  
 re, Nolumus cantica illa Dei, idolis ue-

stris, quæ dii non sunt, præcinere, & c.

Tempore captiuitatis multi sancti viri erant, ut Daniel, Sidrach, Mesach, Abdenego, et alij nonnulli, quorum Scriptura nullam mentionem habet, hi Psalmos istos non canebant, tanquam essent in aliena terra, quanquam cantabant. In corde illorum templum Dei inscriptum erat, & spiritu Hierosolymis Deum colebant, Sed diis alienis non cantabant, & ipsi citharas suas suspendebant. Libere etiam coram gentibus confessi sunt, deos illorum idola esse. Atque quod maius est, non solum non adorarunt, sed etiam contempserunt idola ista Babyloniorum. Hocque nomine Daniel in lacum leonum proieciatur, & tres pueri in camino ignis ardentis detrudebantur. Libere et sine timore, inquam, nomen Dei extollunt, illud cogitantes, Ecce quid nobis accidit, quum Deum uerum colimus, quid mali, si idola adoraremus, subsequeretur? Absit à nobis, ut tale  
quid

quid, & si uexemur, designemus. Daniel uir desideriorum, & alij sancti uiri in captiuitatem ducti seruiuerunt quidem regi Nabuchodonosori in omnibus externis, quæ ad communem tranquillitatem spectant. idcirco summa diligentia et iucundo animo. Cum autem statuam illam auream erexisset, & mandato præceperat ab omnibus tempore buccinæ adorari, repugnauit Daniel, paratus etiam mortis periculum subire potius, quam tale quid contra Deum suum perpetrare.

Discant hic quidam ad contentiones & rixas nati, qui quum imagines in templis cõspiciant ingredi nolunt, ut audiãt Domini uerbum. Profecto simplicem in diuinis rebus intellectum habent, & libertatem Christianam plane ignorant. Antequam statua à Nabuchodonosore erecta esset illa aurea, Daniel erat regi obediens ad omnia, noueratque libertate fidelium in externis bene uti, nec ulla in re offende-  
**tur**

tur, quo minus officio suo defungeret. Cum autem deferretur apud regem, quasi contemptor regiae maiestatis, uocatus & interrogatus, qui fieret, quod non more aliorum statuam à rege positam ueneraret. Respondet quàm blandissimè, se statuam illam non adoraturum, se enim habere Deum, quem colat, qui uerus esset Deus & sempiternus, à quo omnia suū esse & uiuere accipiāt. Ita & in hac re imitare Danielē sanctum uirum. Si mandato Episcopi uel principis aliquis te cogere uelit ad adorandum imaginem, uel cultum ei præstandum & honorem, absit ut illic carmen spirituale canas, sed repugna totis uiribus, et fuge tanquam ab ipso satana hos, qui tibi talia persuadent. Confitere hic fidem tuam ore libero, et si longe alia res sit cū imaginibus, quæ in templis nostris, in quibus Euangelij prædicatio est, prostāt. Permittimus illas intactas, non in hoc ut uenerentur, sed ne quid tumultus fiat. Cōmunis

nis trāquillitas nos id docet, alias mallemus eas procul abesse. Si enim alium locum eligeremus ad conueniendum & audiendum uerbum Domini, seditionis notam non effugeremus. Neq; si fidelis es, in templum ingrederis adoraturus idola, uel culturus, sed uerbum Dei auditorus. Capitosi autem homines legem nobis audent præscribere, Christianam libertatem nihil curantes, imò nos cogere uolunt, ne illuc eamus, ubi aliquid picturæ apparet sub pœna damnationis æternæ, adeo inuisi sunt idolis. Bono zelo, reor, id ab eis fieri. Si seipfos quærunt, uæ illis, qd ita nos excommunicant & fugiunt, quasi pessimi mortalium simus, eo quod idola in templis nostris non cum impetu & insania detrahamus, & conculcemus more bestiarum. Admonemus et obsecramus Magistratum quotidie in concionibus nostris, ut sui officij memor sit, quorum est omnia, quæ pia pectora offendunt tollere sine omnium tumultu



254 COMMEN. IN PSAL. CXXXVII  
tumultu, & iuxta Scripturam diuinā  
omnia disponere. Confitemur etiam  
nos, idola nihil esse, & cultus illorum  
esse damnabiles. Nam soli Deo serui-  
endum est, qui fecit cœlum & terram.  
Cauemus etiā sedulo, ne quid incipia-  
mus imprudenti consilio, cuius nos de-  
mū pœniteat. Exemplum de Helisæo  
hanc controuersiam facile dirimens et  
cōponens, adducam idēq; paucis uer-  
bis, ne uobis sim molestus. Legimus  
2. Reg. 5. Naaman principem militiæ  
regis Syrię leprosum fuisse, et consilio  
Hebręę puellę, quę illic captiua deti-  
nebatur, Israelitarum regem accessit-  
se, pro recuperanda sanitate. Helisæus  
ad Iordanis flumen illum mittit, septē  
uicibus aqua lauari præcipit, & sic car-  
nem lepra infectam mundatā iri. Hęc  
cum Naaman audisset, putans sibi il-  
ludi, dixit: Ecce dixi apud me, egredi-  
ens egredietur, & stabit atq; inuocabit  
nomen Domini Dei sui, & leuabit ma-  
num suam super locum, ut curet car-  
nem

nem leprosam. Serui autem aliud ei cō-  
siliū dederunt, & persuaserunt tan-  
dem, ut se lauaret in Iordanis fluuio  
iuxta Prophetę uocem. Illis acquieuit,  
lauit, et sanatus est. Naaman recupera-  
ta sanitate reuertitur ad Prophetam,  
ornaturus & donaturus eum munerib;  
bus preciosis, quę omnia Propheta re-  
cusauit. Adiecit Naamā, In hac re pro-  
pitietur Dominus seruo tuo, ut cum  
ingressus fuerit Dominus meus (rex)  
templum Rimmon, & adorauerit ibi,  
innixusq; fuerit super manum meam,  
& ego quoque adorauero in domo  
Rimmon, cum inquam, adorauero in  
domo Rimmon, propitius sit Domi-  
nus seruo tuo, ob hanc rem. Ad quem  
ille ait, uade in pace. Quasi dicat, ua-  
de securo animo, nihil nocementi tibi  
adferet, ne sis sollicitus propter hanc  
rē. Si detrimentosa res fuisset, Prophe-  
ta malē consulisset, & male egisset do-  
cendo, ut in templo alienorum deorū  
Deo uero inseruiret, Propheta autem  
Dei

Dei Spiritu illustratus non potuit dicere, quæ Deo displicerent. Si uero Rex Syriæ illum bonum uirum mandato adstringere ad idolorum cultum uoluisset, aliud certe Propheta consilium dedisset, & salubrius. Ne igitur friuole alios iudicetis, qui student paci & tranquillitati ecclesiarum, quibus dolet tot abominationes uideri, quas tamen non possunt cōmode amouere, nisi uelint se in extremum uitæ periculum conijcere, & uerbo Dei uiuo spoliari. Scitis papistarum insaniam, quærunt ansam, quo nos & uerbum Euangelij incusent, & seditionis autores faciāt. Nemo hic offendatur, Christianus multa nouit ferre, quo Dei gloria augmentetur. Etsi uelim propter infirmos idola longe abesse. Nam scio ingenium hominis tam pronum ad lapsum, tam procliuū, & cæt. ut nihil æque. Scio etiam satanæ illusiones, quibus sapientes huius mundi occęcauit. Verbo Domini nos laboramus, ut  
 primo

primo ex cordibus tollatur omne of-  
 fendiculum, externa tunc idola nihil  
 detrimenti dabunt. Vbi charitas uera  
 & sincera pectus nostrum possedit, ibi  
 illa idola propter alios nihil curantur.  
 Si qui autem imaginum præconia e-  
 buccinarent, hic tempus ut Christia-  
 no pectore simus, & dicamus cum liber-  
 tate quadam Spiritus, Dominum De-  
 um tuum adorabis, & illi soli seruias.  
 Tunc etiam pius animus dicet, Quo-  
 modo cantabimus in terra aliena, dijs  
 alienis quos ignoramus, et qui dii non  
 sunt, canticum Domini Dei nostri?  
 Citharas nostras suspendimus, quo-  
 modo polluemus conscientias, quas  
 Domini uerbum purificauit, suadetis  
 ne ut ad pristina peccata relabamur?  
 Nunquam persuadebitis, nolumus  
 partem habere cum superstitionibus ue-  
 stris. Idem iudicium esto de Baaliticis  
 nostris sacrificulis, qui Christum semel  
 oblatum quotidie mactare uolunt, Iu-  
 da Ischariotha peiores, ob quæstum  
 numerum

258 COMMEN. IN PSAL. CXXXVII  
numorum. Velim istos alio in loco su-  
as abominationes peragere, & si pijs  
animis nihil sordidū ex ipsorum per-  
uersitate accedit. Se ipsos polluunt, &  
maculant conscientiā reluctante, idē  
certo scio, pergunt miseri peccare, ni-  
si in quorundam gratiam. Profecto le-  
ues homines sunt et histrionibus leui-  
res, cantillāt enim pro uili pecunia qd  
cunq; carmen, & muti magis quā pi-  
sces, nisi adsit presens numus. Missa-  
rent rarissime, quis dubitat, si pecuniæ  
nulla adesset spes. Ideo & deteriores  
Iuda, nam Iudas triginta argenteos  
accepit, Christum tradens, illi minoris  
uendunt, non semel, sed quotidie. Tu  
pium pectus gratias Domino age, cū  
fidelibus illis, qui uerbum Dei amant,  
& sedulo audiunt. Fuge ab illis, quo-  
rum conscientia & mens polluta est.  
Impossibile omnino pium hōinem  
cum illis partem habere, si uel ei totius  
mundi diuitias lucro cederent, quem-  
admodum de Bilean legimus. Quæ  
utilitas

utilitas tibi, si totus mundus tua in potestate esset, et animam tuam perderes, in gehennamque detruderes? Etiam Christus nos admonet Marci cap. 8. dicens, Quid profuerit homini, si lucratus fuerit mundum totum, & animae suae iacturam fecerit? Aut quid daturus est homo, quo repenset animam suam? Quemcunque enim puduerit mei, ac meorum sermonum in generatione hac adultera et peccatrice, pudebit illius et filium hominis, ubi uenerit in gloria patris sui, cum Angelis sanctis. Haec itaque in corde expendatis, ne cum istis miseris hominibus & perfrectae frontis communionem habeatis peccatorum.

*Si oblitus fuero tui Hierusalem, & obliuiscatur dextera mea (operis sui.)*

*Adhaereat lingua mea fauci meae, & si non meminero tui, si non posuero Ierusalē in principio laticiae meae.*

**B**abyloniorum labor & studium,  
 memoriam Ierusalem à Iudeis ca-  
 ptiuis omnino tollere, & id quoquo  
 modo possent conabantur. Verū con-  
 trarium accidit. Nā quo illi uehemen-  
 tius instabant, tam Deum uerum con-  
 temnentes, quā uerbū eius & Pro-  
 phetas ludibrijs & conuitijs consper-  
 gentes, eo magis illi animos attollebāt  
 ad Dei templum, quod erat in Hieru-  
 salem. Votaq; fecerūt, se nolle Dei lau-  
 des, quantumuis hostis sæuiat, obliuio-  
 ni tradere. Quasi dicant, Si hoc tam  
 abominandū facinus commiserimus,  
 muti fiamus, & nulla uox unquam ē  
 faucibus nostris erumpat. Et quum ci-  
 tharæ manibus pulsentur, adiicit: Dex-  
 tera mea deinceps nullum officiū pro-  
 prium exerceat, si hoc fecero, imò mihi  
 exarescat. Continget omne malū ijs,  
 qui Deo uero & uiuo derelicto, dijs ali-  
 enis inserviunt. Qui Hierusalem obli-  
 uiscitur, illum non solum hæ plagæ  
 tangent, sed omne, de quo in lege Mosis  
 habetur,

habetur, quod nō modo suum corpus inficiat, sed etiam filios eius & pecora, imō quicquid possidet, ad nihilū redigatur. Si igitur ab aliquo à Deo tuo abstraheris, uel à fide in Christum, hic obfiste, & quantum poteris, bestiam illā pestiferam, ministrūq; diaboli abigene, ne ambo pereatis. In Christo nostra est uocatio: hūc ne deseramus, seruido alijs, quos ignoramus, qui tandem plus nocituri sunt, quā ullam allaturi utilitatem.

Iudei promissionē habebant Hiere. 21, de reedificanda Hierusalem post annum lxx. Hæc spes illorum, quod breui tempore elapso, in loco à Deo electo adoraturi iterum essent more cōsueti Deum uerum, quem patres ipsorum coluissent, & cantica Domini iucundo animo cantaturi. Nostri affectus erga Deum etiam tales sint, ut ædificentur muri Hierusalem, quemadmodum Psalmus 51. habet. Votum in baptismi susceptione uouimus Do-



262 COMMEN. IN PSAL. CXXXVII  
mino, & hoc non seruare damnosum  
est. In precibus tuis, Domini Dei tui  
nunquam obliuiscaris. Nā indiligen-  
tia in laudando Deo & glorificando  
culpatur, & signum est ingrati homi-  
nis. Qui enim beneficia Domini &  
promissiones non in recenti memoria  
habet, quæ ob id tam sæpe & in Pro-  
phetis & Psalmis obuiam ueniunt, is  
dignus est omnibus malis tam in hac  
uita, quàm in futura. Deus Christus est  
nostra iusticia, redemptio et satisfactio.  
Nostra opera, oratio, eleemosynæ, &  
quicquid id est, si non sincera charita-  
te fiunt, frustra impeditur opera. 1 Cor  
13. & Matth. 26 illa omnia clare uide-  
mus, tanquam in ipsa meridie. Charita-  
tas medium obtinet locum, quæ nos  
facillime concordaret, qui iam omni-  
bus modis dissidemus, qui quæ sursum,  
deorsum ruimus captiosis doctrinis,  
conscientia etiã reluctante, quæ huius  
rei testis est. Miseri autem illi uolunt  
hoc medium ad. Scripturæ sacræ inter-  
pretationem

pretationem admouere. omniaq; iuxta illud examinare, suo ipsorum malo. Res eorum ad triarios uenit, & quum iam nihil habeant, quo se defendant, miscent cœlum & terram. Hic latet anguis in herba. Timēt suoregno et pompæ solitæ. Sciunt tanquã ungues ipsorum, quibus erroribus impliciti sint, et quomodo ecclesia Christi degenerauerit à pristinis moribus. Dominus oculos illis aperiat, ut uideant ueritatem.

Si non meminero) Volunt dicere, Nihil iucundius, nihil gratius, quàm mentio Hierusalem, præcipuã ob hoc laudem quero, non possum quiescere, quin Dei mei laudes canam, & si me iam in duram seruitutem coniecerit, scio, quod mihi in bonum omnia cedunt, peccata mea lōge maiora meruissent. Et sic indicant se etiã coram gentibus Dei laudes deprædicaturos. Ita si occasio est laudandi Dei, confiteare & tu gloriam nominis illius, et ne te illius pudeat ob quorundam contradi-

ctiones, quibus dolet, & mera tristitia  
 est Dei laus per Christum ebuccinata.  
 Certe nihil æque atq; hoc in omnibus  
 nostris actib<sup>9</sup> et studijs curemus. Quæ  
 scimus ad Dei gloriam illustrandam  
 & ampliandam spectare, ea pius ani-  
 mus nō intermittet, etiam si periclitan-  
 dum foret. Admoniti itaque sitis ha-  
 rum promissionum, quæ corda uestra  
 pacificare & tranquilla reddere pos-  
 sunt. Pericula & flagella aderunt, cum  
 nihil non moliatur satan in membris  
 suis, quæ hinc inde currūt, ut si aliquo  
 modo ansam calumniandi nos & per-  
 sequendi usq; ad mortē querunt. Qui  
 se non parat tempore felicitatis, quum  
 omnia nobis arrideant, is forti animo  
 non pugnabit, si hostis ingruerit. Stan-  
 dum est in procinctu omnibus nobis,  
 quia nusquā tuti sumus ab hostibus.  
 Neque tui obliuiscaris, cum caro repu-  
 gnat Spiritui, pugnandū hic est, & pe-  
 ricula propulsanda, donec renatus fue-  
 ris in fide. Fidelis enim est Deus, qui te  
 non

non tentabit supra vires tuas. Clama ad illum, & auxiliabitur. Si Dei memoria excidet, quemadmodum de Esau legimus, nihil boni, certus sis, subsequi scias. Esau nobis exemplo sit, qui merito habitus est odio à Deo. Nihil itaque quātumuis preciosum in hac terra ita diligamus, ut Deo nostro non sedulo inferuiamus. Audent etiam fideles id proximo persuadere, cum iactura corporis & externorum bonorū. Paulus tam uehementi & flagranti charitate fuit, ut anathema fieri pro fratribus, ut saltem illi saluarētur, uoluerit. Nonne & Moses minister Dei fidelis, deleri ex libro uitæ petiit pro populo Israelitico? Hi memores fuerunt Hierusalem ciuitatis Dei. Hocque ipso quisque iugum alterius subeat, & cuiuscumque commodare possumus, id iucundo animo faciamus. Hocque omnibus uobis summe commendo, ad quod Dominus Iesus Christus unigenitus Dei filius gratiam largiatur. Amen.

## S E R M O Q V I N T V S



**D**ilecti in Domino, dictum est multis uerbis in præcedentibus concionibus de angustijs & tribulationibus populi Dei, præterea etiam de gaudio et alacritate in medio uexationis feruore, & qd̄ fideles Deū ob ea incommoda nihilominus non abnegarint, neq; cantare Dei laudes cessarint, imò ardentius prædicasse diuinam potentiā Babylonicis, abiecto omni timore habemus. Sequitur iam alia crux, et persecutionis malum, quū ciuitatem Hierusalem reædificare aggre-  
 diuntur. Videbimus in his uerbis populum Dei nullam quietem in hoc mundo habere, sed mera tyrannide & cruce assiduò premi. Scitis autem nos non loqui de externa Hierusalem ædificatione, quo tempore Iudei à uicinis ita uexabantur, ut gladium una manu habere, & altera ædificare cogèrentur. Item Edomitæ grauissima etiam inuidia

dia erga populum Dei laborabant, ita  
 ut Dei cultores nusquam tuti essent. De  
 temporibus Christi nos loquimur, quan-  
 do Herodes uenit, qui Edomita fuit,  
 crudelitate alios superans, qui seipsum  
 fauore Romani praesidis nactus, in re-  
 giam maiestatem intrusit. Et uersum  
 hunc maior denique pars ecclesiasticorum  
 doctorum de secunda destructione Hie-  
 rusalem interpretatur. Nos illa omnia  
 omissuri sumus non absque ratione, &  
 de fidelis populi multiplicatione di-  
 cturi. Quando igitur uera Hierusalem  
 incepta est edificari: Christo aduenien-  
 te, & reuelante sapientiam Dei patris,  
 reconciliansque nos miseros peccatores  
 Deo patri. Et quis dubitat tunc Chri-  
 stianam ecclesiam initiu sumplisse? Ibi  
 persecutiones tales et afflictiones qua-  
 les nunquam antea audite sunt, fuere.  
 Ibi tempus ut a somno expergiscamus,  
 quia adsunt dies salutis.

*Memor esto domine filiorum Ac. 7*  
*dom, qui tempore (desolationis)*  
*Ierusalem*

269 *COMMEN. IN PSAL. CXXXVII*  
*Ierusalem dicunt : nudate, nudate*  
*usq; ad fundamentum in ea.*

**N**Otandū filios Aedō fuisse, Esau  
progeniem, qui frater Iacobi pa  
triarchę fuit, insignis nebulo, parenti  
bus per omnia dissimilis. Primogeni  
turę dotatus, ex qua prerogatiuā habe  
bat more cōsueto. Probos & iustos, &  
Deo dilectos parētes nactus Isaacū &  
Rebeckā, quę xx annis sterilis erat. an  
te quā pareret, Gen. 25. Esau uenator  
& rusticus homo, nullo timore Domi  
ni p̄ditus, plus inseq̄ feras in syluis, q̄  
civilibus rebus insistere studebat. Ali  
quādo ē uenatione rediens lassus, à Ia  
cobo fratre efflagitans partē eduliū ru  
sticā quo etiā nomē ei obuenit Aedom,  
frater autē astutior, recusabat id eduliū  
dare, nisi primogenita illi uenderet.  
quod et factū est. Ex hoc tempore fra  
tri tacitē aduersabatur, querēs occasio  
nem lædendi, q̄d certe crudelē animū  
et sanguinolentū declarabat. Post quā  
aūt matris astutia benedictionē patre  
iam

iam decrepito frater accepisset, adeo incanduit Esau et ira percussus, ut iam cogitaret, et libere diceret, se fratrem, qui ei benedictionem praeipuisse, occisurum Iacobi in dolis omnibus nota, simplex homo existens, sine fraude & dolo, timore Domini plenus, consilio dilectae matris, fugit in terram ignotam, quo fratris sequitiam declinaret, seruiens Laban multis annis pro duabus uxoribus. Quid dicam? Aedom montana Arabiae deinde occupauit, orientem uersus spirans minas & caedem, ob fratris fraudem in se commissam. Et posterii illius eodem morbo inuidiae laborauerunt perpetuo, ut Israelitas populum Dei odio persequerentur, uicinosque, nihil mali cogitantes aduersus illos exacerbantes. Ob hanc inuidiae fomitem adhuc hodie Aedomitum nostri pios Dei persequuntur odio Vatiniano. Hoc est, papistae nihil non tentant, pericula plena laboris subeunt, & pecuniis non parcunt, ut Euangelium Christi Iesu pessundet. Et quae maior persecutio



persecutio & crudelior, quàm à fratribus unquam uisa est: Turca crudelior nō est, nec sanguinolentior, quàm hi qui nomē Christi gerūt, et primas in tēplis habēt, si saltē oculos aperiremus, et ea quę fiūt, agnosceremus. Corpus et animam perdere moliunt, puerum etiam in utero matris suffocare iam olim concluserūt, ne Dei ueritas, ipsis in perpetuū dedecus, plantetur.

Esaias cap. ultimo scribit, ecclesiā habere duo genera peccantiū. Quidā comedunt carnem porcinam, hoc est, gentes in omnibus immunditijs impudenter uiuūt, sed non tantū damni intulerunt, quantū alij qui speciē honesti & religionis gesserunt. Quidam sacrificant, & purificāt se super hortos, hoc est Iudaicus populus, qui ab Aedom uenit, hypocritico more uiuit, quem admodū & nos Christiani sub impio antichristo, externis operibus quærentes salutem, abstinentes à cibis, quos Deus creauit, & coniugia abhorrentes,

tes, quæ Deus benedixit. Lauamur, baptizamur, & cōmunicamus, & omnia externè à nobis fiunt, intrinsecus autem pleni impietate et immiseri- cordia sumus, immundis cogitationibus oppleti, et similes sepulchris dealbatis. Tales uocat Esaias sanctificatos & purificatos in hortis, quod dixit pro patrio more. Habebāt enim in hortis piscinas, in quibus abluebant̄ quotidie, quo nitidiores et puriores essent. Genus hominū qd' solū omnis generis delicias exquirebat, quemadmodum & nostri sacrificuli, monachi & nonnæ. Dic mihi, quid nō deliciarū in suis cœnobīis habuerūt, quibus caruerūt uoluptatibus? Quo defectu in ipsa anno- na, pauperibus fame laborantibus extrema laborarunt? Ibi Crœsi diuitiæ, et Persicæ opes.

Verū quemadmodū Esau et Jacob fratres fuerūt, diuerso autem instituto, moribus & uita, sic etiam inter Iudeos duo genera hominū inuēta sunt. Vnū  
coram

272 COMMEN. IN PSAL. CXXXVII  
coram mūdo in precio habitū, ut prin-  
cipes sacerdotum, Episcopi, Scribæ &  
pharisæi, quorū maior pars mera hy-  
pocrisi infecta erat, simpliciorib⁹ quo-  
dam fūco imponens. Ceterū hi coram  
Deo non sunt primogeniti, quia nul-  
lus timor Domini uerus in illis, neque  
sincera charitas, ob id et Christus sæ-  
pe illos reprehendit dicens, Væ uobis  
scribæ et hypocrite, quia decimatis men-  
tham & anethum & cymīnū, et reliqui-  
stis, quæ grauiora sunt legis, iudiciū &  
misericordiā ac fidē. Putas tu illos qui  
talια faciūt, esse filios Dei? Nequaquā,  
hos enim Deus odit. Aliud genus ho-  
minū habemus, quod est piorū & fide-  
liū, Prophetarū & Apostolorū, in sua  
opera nullā fiduciā ponēs. Et hoc simi-  
le est Iacobo, qđ genus, inquā, Deus ab  
æterno sibi elegit in populū sibi pecu-  
liarē. Hincq; apparet, qui nā filij Esau,  
et qui Iacob. Qui fidē et patientiā Isra-  
elis nō imitatur, hic nō est eius filius. Si  
superbi, arrogantes, subdoli, auari, im-  
misericordes

miseriordes fuerimus, et fiduciã in o-  
pera à nobis conficta posuerimus, an  
numerabimur inter filios Esau, qui à  
Deo reprobatus est. Pauperes spiritu  
et cõtempti in hoc mũdo ciuitatẽ Hie-  
rusalẽ ædificant, quibus filij Esau insi-  
diant, et die noctuq; cogitant, quomo-  
do illis noceant. Neq; aliter facere aut  
cogitare possũt ob innatũ odiũ, quod  
semel in filios Dei conceperũt. Paulus  
Gal. cap. 5. de operibus carnaliũ homi-  
num satis euidenter scribit. Hoc ipso  
non mirũ sit, si impij his operibus etiã  
se exerceãt. Odio ppetuo laborarũt æ-  
dificatores, tã terrestris quàm cœlestis  
Hierusalẽ, cum Christus Filius Dei il-  
lis prædicaret ueritatẽ. Pharisæi & aliij  
impij summis uiribus annitebãtur im-  
pedire hoc ædificiũ, quod instituebat  
à Christo. Neq; his satisfic, neq; quieti  
erũt, nisi omnino Dei cultores et ædifi-  
catores ueritatis deuaſtent & perdant.

Nudate) Alij Exinanite habẽt, Ver-  
ba sunt infideliũ hominũ, qui dicunt,  
f Omnes

Omnes quàm crudelissime occidite,  
 ut ne ullus relinquatur: uastitas sit, nec  
 locus habitationis, nudi omnino sint  
 omnium rerum. Christo id accidit, postquam  
 nudatus, & flagellis probe emedatus,  
 & totum corpus uulneratum, Pilatus eum  
 foras eduxit, dicens ad multitudinem  
 Iudaeorum, Ecce homo. Satis ut uideatis  
 emendauit illum, dimittam ne illum? Iam  
 nihil uobis deinceps nocebit, non est ut  
 timeatis uobis. Verum illi clamabant non  
 sine infania, Crucifige, crucifige. Neque  
 satiabantur, cum cruci affixissent, adijcie-  
 bant etiam irrisiones more furibundo-  
 rum hominum, in quibus nullum mise-  
 ricordiae indicium. Et titulum a Pilato af-  
 fixum deijcere parati erant, nisi fatum di-  
 uinum obstitisset, Pilatum enim rogabant,  
 ne ita scriberet. Sepulchrum Christi cu-  
 stodiri mandarunt, ne discipuli furarent  
 corpus demortuum. Et post Christi re-  
 surrectionem nulli populi infensiores  
 Christianis inuenti sunt, quam isti Aedomi-  
 te. Etiam Apostolis molestiores Iudei fu-  
 ere, quam ulli ethnici, imò incitabant  
 ethnicos

Ethnicos ad crudelia facinora perpe-  
 tranda. Et quemadmodum Christo co-  
 ram Pilato egerunt, omnia in malam  
 partem interpretantes, sic etiam Apосто-  
 lis fecerunt, omni acerbo sermone co-  
 ram iudicibus proponentes. Opinio  
 illorum erat, ne ullus uiueret ex illorum  
 numero, qui Christo nomē dedissent.  
 Ob id & literæ Paulo datæ in Dama-  
 scū proficiscenti, quæ satis indicio erant,  
 quid hi pharisæi cogitarint, & quale  
 consiliū decreuerint. Hoc autē prædix-  
 erat Spiritus sanctus ante multa tēpō-  
 ra p̄ Malachiā Prophetā, Iacob dilexi,  
 Esau autē odio habui. Quid sibi uolūt  
 ista uerba? Nihil aliud quā Esau futu-  
 rū hostem omnium filiorū Iacob. Quid  
 causæ? quia reiectus à Domino. Cum  
 itaque instet graue certamen tam ab ho-  
 stibus uisibilibus, quā inuisibilibus,  
 opus erit pijs, ut se ad Dominum con-  
 uertant, & dicant, O Domine aspice,  
 quid illi conentur, uolunt tuam lau-  
 dem, cultum, honorem impedire. Hi  
 fratres nostri sunt, & magis nobis no-

276 COMMEN. IN PSAL. CXXXVII  
cent quàm cæteri Babylonici, nostræ  
religionis hostes. Tu illis obicem po-  
ne, remora inijce, ne id quod in uotis  
habent, exequantur.

Neque putes hanc orationem uin-  
dictam ullam expetere, uel malū malo  
retaliare. Absit. Dei omnipotentis est,  
uindictam dare omnibus, qui male a-  
gunt. Pij autem respiciunt ad personā  
illorum in suis precibus, & salutem ad-  
uersariorum suorum ex animo deside-  
rāt. Flagitant autem id solum, quo eo-  
rum uoluntas in malo impediatur ip-  
sis in bonū. Prima oratio nostra, San-  
ctificetur nomen tuum, quod impij de-  
lere & extirpare annituntur. Absit à  
Christano, ut fulmen uel ignem e cœ-  
lo petat in uindictam impiorū. Nobis  
aliud commissum est, ne malū repen-  
damus ijs, qui nos adfligunt. Et Apo-  
stoli ob id à Christo redarguuntur in  
Luca cap. 9. cum dicerent, Domine  
uis dicamus, ut ignis descendat de cœ-  
lo & consumat illos, quemadmodum  
Helias

Helias fecit, Conuersus autē Iesus increpauit illos, & ab hoc impetu protinus eos reuocat ad affectū mansuetudinis dicens: Nescitis cuius Spiritus estis? Filius hominis non uenit ad perdendas animas, sed ad seruandas. Oratio nostra in alium finem tendit, si fideles sumus.

Quę Prophetarū tempore & Christi facta sunt per phariseos, & alios impios, ea adhuc hodie quum extructuri sumus cœlestē Hierusalē uerbo Euangelij, accidunt. Nostris temporibus autem, qui nam sunt isti, quale nam habent nomē, uel qua in re agnoscuntur? Opera eos indicant, Sūt hi qui columnę ecclesię esse uolunt, papa, cardinales, Episcopi, Abbates, sacrificuli et sex monachorū. Qui cū careant fide et humilitate Iacob, merito annumerantur familię Aedomitarū, splēdidos titulos amāt, honorificas salutatiōes ambiunt. Nostis, quale genus hominū, nō opus ut accuratius illos describā, quorū turpem conuersationē etiam pueri norūt.



Nullus in illis est affectus misericordie  
 erga inopes, sanguinolenti canes sunt.  
 Neque nos loquimur de gentibus, à qui  
 bus tuti essemus, eo quod uicia illorum  
 omnibus nota. Hi autem habent speciem  
 probitatis & sanctitatis, quemadmodum  
 primogeniti, et hi non contemnendum,  
 nisi caueamus, damnum tandem dabunt.  
 Scripturam diuinam æque habent, ac  
 nos, qua se defendunt more satanico,  
 perperam Scripturæ loca citantes ad que-  
 stum ipsorum, & ad stabiliendam tyranni-  
 dem semel indeptam, & ad impuram ui-  
 tæ & sceleratæ defensionem. Hi belli ho-  
 mines omnes neruos intendunt, quo  
 pijs & simplicibus noceant. Scribunt li-  
 teras hinc inde, mendacibus impuden-  
 tibus refertas. Quid mirum, cum satanæ  
 organa sint, qui mendacium est autor? Cõ-  
 sultant cum principibus & monachis  
 ad interficiendum nos, & ne audiamur  
 ullo modo, laborant. Timent ueritatis  
 orationem sibi nocere. Clamant, non opus  
 disputatione, uel scripturarum collatio-  
 ne,

ne, sed igne, cruce, laqueis, & aquis, fatis disputatū esse in Cōcilijs patrum. Qui fit, quod collatio Scripturarum a deo inuisa illis res est: Nō absq; causa diuina testimonia illis ingrata sūt, quia uita illa tam obscœna est, ut si ad lapidem scripturarū exploraretur, nos uera dicere, quilibet rusticus affirmaret. Nonne deploranda res inter Christianos talia audiri, ut si q; modicā mentionē uerbī Domini facit, mox ingratus sit, et suspicione hereseos insimuletur.

Clamāt hi pessimi mortaliū, Nudate, exinanite, reijcite, comburite, suspēdite, ignito ferro dissecate hos hæreticos homines. Sed nondū conuicerunt sacra scriptura nos tales esse. Nobis cōmissum etiā est, ut simili modo, sed nō eodem affectu, oremus Dominū, ut uitia & peccata extirpentur. Necessaria enim oratio, & frequēs pijs omnibus, qui nihil aliud in uotis habēt, quàm cōuersationē iniquorū finiri, & peccatorum extirpationem adfore. Sed illi de

sperati et deplorati homines, satanę ministri, quid faciunt nobis ob tantas preces? Quicquid excogitare possunt in nostri dedecus, et uerbi Dei, quod nos predicamus pure, contemptum, hoc non omittunt. Effodiunt mortuos, qui multo tempore in terre gremio quieuerunt, fideles Christi ministros, et illorum ossa comburunt, sua scelera cohonestaturi. Edulium Esau auido stomacho & famelico deglutierunt. Munera appetunt, quoquo modo ueniant, saltem aliquid, quo ignis culinę splendidior sit, accedat. O funestum genus hominum, quibus cor non quiescit, nisi sanguis piorum sit effusus, quo pompa semel incepta, & impia uita in uigore persistat, contra fas et nefas.

Neque leuiter cupiunt nos perdere, sed fundamenta dei iurare moliunt totius ædificij, in quo ipsorum scelera uideri possunt, nec puero bimulo, nec decrepito seni parcunt. In Hierosolymitano templo erant multa decora & speciosa, lex Dei, ceremonię, altare, sacrificia multa, quemadmodum in Christianorum ecclesia

sia uerū est altare, qd' est Christus. Ad-  
 est uerbū ueteris & noui Testamēti, ad-  
 sunt baptismus & coena Domini, & c.  
 quę his religioſulis ita placēt, ut ſatanę  
 crux Chriſti. Dolis et aſtutijs uarijs om-  
 nia tentāt, adhibēt promiſſiones, terri-  
 tant minis, quo reuocēt pios à Dei cul-  
 tu ſyncero, & in uerbo Domini expreſ-  
 ſo, ad ſua inuenta & ſomnia totū mun-  
 dum cōpellere uolūt. Quid hoc aliud  
 eſt, quàm tēplum Domini deualtare,  
 quàm Chriſti odiū inſerere, qui fons a-  
 quę uiuę eſt? Sanctorū inuocationē  
 nobis preſcribūt, operibus, neſcio qui-  
 bus, ſalutē tribuūt. Miſſationem abo-  
 minandā ſummis laudibus attollunt,  
 quaſi rem neceſſariā ad ſalutem, cum  
 interim cœnę Dominicę egregiū con-  
 temptores ſint. Purgatoriū apud illos  
 frequens mentio, utpote aucupiū locu-  
 ples & res quaſtuoſa. Quid ea omnia  
 ſunt, quàm Chriſto Ieſu filio Dei ſuū  
 propriū honorē denegare, et paſſionē  
 eius cōtemnere atq; cōſpurcare? quaſi  
 nō ſit uerus Dei filius, qui potuerit ſuo

282 COMMENT. IN PSAL. LXXVII  
sacrificio unico pro peccatis nostris satisfacere. Valeant hi uenēati serpētes, ex cęcati homines ipsa auaritia, quę illos nihil recti nec facere nec cogitare sinit. Quid opus multis, tēplum Dei ē fundamētis ipsis moliantur eruere, & omnia eius ornamenta dilacerare. Hic res postulat, ut totis uiribus illis repugnemus, quoquo modo possimus, quo institutū illorū impediā. Muros deniq; huius sanctę ciuitatis deicere in animo habēt. Qui sunt isti muri? est multiplex gratia Dei, quā in dubiū uocant, sicq; nobis imponere uolūt, ut eis potius & somnijs monachorū adhareamus, quā ipsi claro Domini uerbo. Atq; nobis auxiliū Domini est murus inexpugnabilis, quem nullus hostis, quantumuis crudelis, demoliet. Charitate enim annexi et cōglutinati sumus sicut domus Domini, qđ Christianorū euidentissimū signū est. Quum autem fides & charitas exulent, murus & domus corruent.

Ex ijs omnibus liquidū est, papales  
laruas

laruas cōtra Christū, cōtra fidem, con-  
tra charitatē omnia instituisse et exco-  
gitasse. Habēt fraternitates peculiare  
ob auaritiā institutas, neq; aliquem in-  
scribūt, nisi pecuniā adnumerarit. Ha-  
bent alia nō minus absurda, & contra  
apertū Domini uerbū, in quibus sibi  
Dei omnipotentis potestati uendica-  
runt, quā tamē nemini dāt. Manifestū  
est illos plus destruxisse ecclesiā Domi-  
ni, quā edificasse. Abeāt cum suis sedu-  
ctionibus. Oportet Christū unanimi  
uoce precemur, alias ruinosum ædifi-  
cium cōstruemus. Est unus Dominus,  
unum bapūisma, una fides. Christiani  
congregati debēt simul tanquā unum  
corpus, quod capiti Christo adharet,  
audire uocem Dei. Qui se, nisi nego-  
cia satis ardua auocēt, segregant, quod  
de ouili Christi nō sint, argumentum  
præbent. Aliqui gaudēt, & plenis buc-  
cis faciāt, se nolle illud Euangeliū, qđ  
nos prædicamus, audire, cum nō aliud  
prædicemus, q̄ Christus ipse et Apo-  
stoli ac sancti Dei omnes. Miserū ge-  
nus

mus hominū, quod adeo imperitū est in diuinis rebus. Quærūt demolitionē templi Dei his prędictis uocibus et ijs, à quibus parū emolumētī sperant, summe placere uolūt. Noui enim multos tales, qui Euangelio solūmodo aduersant propter quorundā amicitia. Væ autē illis, satius nō natos fuisse, cū sanctissime ueritati, qua in cōscientia conuicti, adeo impudenter reluctantur.

Adiciā adhuc unū de Catabaptistis, qui malo spiritu acti, rebaptizant multos, quasi hactenus Deus Christiano populo caruerit. Quò tendit, dic obsecro, negociū illud? Ad nihil aliud, nisi me omnia fallant, q̄ ad depopulationē mūrōrū Hierusalē. Propter idola, etiā quæ prostāt in tēplis, quæ tamen ferē ad anni spaciū pannis obuoluta fuere, & à nemine uisa, ecclesiā fidelīū adire recusant. Miror q̄ hi religiosulī aureos & argēteos numos in manus accipiāt, sine chirothecis, & periculū est ne polluantur his cōtactis. Aliud in animo, non dubiū est, uolunt, nempe ut Dei  
uerbum

uerbū quod prædicam⁹, in nullo precio  
 sit, quo plures sui erroris discipulos nā  
 ciscantur. Noui enim satanæ dolos &  
 cōsilia. A fide solida in Christū abdu-  
 cūt, noua onera iponentes pximo suis  
 retinctionibus. Vtinā in corda nostra  
 hæc scripta essent, quo ardentioribus  
 precibus ad Dominū clamarem⁹, ne  
 hæresi istorum peruersorū hominū &  
 obstinatorū implicarem⁹. In summa  
 uestri memores denique sitis, quia ho-  
 stis crudelis ad ianuā stat, satā ipse irā,  
 inuidiā, superbiā, auaritiā, & c. immi-  
 tit. Item Dei misericordiā in dubiū uo-  
 cat, & ethnicas cogitationes subinde  
 suggerit per hoc adimere ac in dubiū  
 uocare uerbi Dei autoritatē studens.  
 Ibi oratioi insistendū sedulæ, quo Do-  
 minus nostri non obliuiscatur, quia sa-  
 tā nō cessat oppugnare, donec omnia  
 prosteruat. Neque ullo modo cœlestis  
 Hierusalē edificatio ē memoria uestra  
 labatur. Dominus sua gratia nos om-  
 nes illustret, quo egregij a edificatores  
 tam fidei q̄ charitatis simus. Amen.





Dilecti, satis in præcedenti-  
 bus cōcionibus fidelium tri-  
 bulationes & angustias,  
 quas in huius mundi thea-  
 tro perpetiātur, audistis, et  
 quod nihilominus bona fiducia erga  
 Dei auxiliū alantur, orando & clamā-  
 do altis suspirijs, ne Dominus sue mise-  
 ricordia obliuiscatur. Scitis enim no-  
 stras preces, si exaudiri cupitis, debere  
 ex fide uera fluere, & sine ulla dubitati-  
 one proponi. Nā qui dubitat, nō exau-  
 dietur. Quid orant igitur pī, uarijs æ-  
 rumnis afflicti? Ne potestas Aedomi-  
 tarū, id est filiorū tenebrarum, progres-  
 sum habeat. Et certī sūt de auxilio Dei  
 præsentī. Neq; hic uerba sūt nimis ama-  
 ra, uel minas habētia, sed consolatoria  
 ob Dei defēsiōnē. Admonemur enim  
 & fortificamur, scimusq; Deū nos è du-  
 ra ista captiuitate tyrānorū spiritualiū  
 liberaturū. Esset maxime absurda res,  
 et signum parua fidei, cum Dominus  
 noster Iesus nos docuisset inimicis be-  
 ne

ne precari, & mala facientibus benefacere, illū non imitari. Desiderat fidelis ex animo salutē omnīū mortalium, & nihil omittit, quod ad resipiscentiā illorum attinet, neq; deuouet illos, neq; satanae tradit quenquā, sed instat ad monitionibus pijs, quo malus cesset populum Dei uexare. Etsi fidelis partim iudicium Domini futurum uideat super impios, si non emendarint uitam.

Quando sacrificia adferimus Domino, omnis inuidiē expertes simus, quia recōciliari Deo uolumus. Et sacrificia nostra sūt gratiarū actiones, illa enim Deo placēt, et grata sunt. In Hiere. cap. 29, legimus, quomodo Domin⁹ admo- neat populū, et p̄dicat in captiuitatē abducendū, et ut pro inimicis orēt Dominū, instat. Adducā uerba, Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel ad omnē transmigratiōē, quam transmigrare feci à Ierusalē ad Babel. Aedificate domos & inhabitate, plantate hortos, et comedite fructus eorū. Accipite uxores & generate filios & filias, acci-  
 pite

pite quoq; uxores pro filijs uestris, et fi-  
 lias uestras date uiris, ut pariāt filios et  
 filias; multiplicamini ibi, & nō minua-  
 mini. Quærite pacē ciuitatis, ad quam  
 ego uos transtuli, et orate pro ea ad Do-  
 minū, quoniā in pace eius erit pax ue-  
 stra. Ex ijs uerbis docemur, non solum  
 obediētes esse tyrannis, qui nos gra-  
 uiter afflixerūt, census dare, & alia hu-  
 iusmodi, sed et orare pro eis, ut feliciter  
 ac prosperè agant, quandoquidē Deo  
 ita uisū est, ut sub illis degamus, taceo  
 ut mala imprece mur illis. Et Paulus i-  
 dē docet 1. Timo. 2 his uerbis, Adhor-  
 tor igitur, ut ante omnia fiant depreca-  
 tiones, obsecrationes, interpellationes,  
 gratiarū actiones, p omnibus homini-  
 bus, pro regibus, et omnibus in eminē-  
 tia cōstitutis, ut placidā et quietam uitā  
 degamus cum omni pietate et honesta-  
 te. Nā hoc bonū et acceptū est coram  
 Deo saluatore nostro, qui cunctos ho-  
 mines uult saluos facere. Petrus hanc  
 sententiā adfirmat, qui iubet 1. Pet. 2.

ut

ut subditi simus, non solū bonis ac hu-  
 manis Dominis, uerum etiam prauis,  
 si nihil contra Domini uerbum præce-  
 perint agendum. Benigni & mansue-  
 ti sunt fideles erga omnes homines,  
 Christi exemplum sibi proponentes,  
 qui cum in cruce penderet, rogauit pa-  
 trē pro crucifigentibus se, dicēs: Igno-  
 sce illis pater, quia nesciūt quid faciūt.  
 Verum etiam est, mundum finem ha-  
 biturum, & omnes principatus, quan-  
 do Christus regnaturus est, & daturus  
 unicuique iuxta id quod fecit, siue bo-  
 num, siue malum. Nihilominus habe-  
 mus in cōmissis, ut oremus pro ijs, qui  
 apud nos degunt, & nobis dominan-  
 tūr. Iudæi certo sciebant Dominū Ba-  
 bel demoliturum, Hiere. cap. 30. Nam  
 Dominus dixerat, Quia ecce dies ue-  
 niunt, & conuertam captiuitatem po-  
 puli mei Israël, & Iuda dixit Dominus,  
 & reducam eos ad terram, quam dedi  
 patribus eorum & possidebunt eam.  
 Item Esa, 13. similiter indicat destructi-  
 onem

onem Babel, attamen populus urget, ut pro Nabuchodonosore oret. Hinc discimus & nos bona spe orare, sciētes omnia nos consecuturos, quę à Domino petimus.

- 8 *Filia Babylonis deuasata: beatus qui retribuerit tibi retributionē tuam, quam rependisti nobis.*

**P**rophetię sunt uerba, in quibus reuelatum fuit à Spiritu Dei Babel interiturā. Et sicut Hierusalem uocatur mater, sic Babel filia. Esa. 32. habemus: Mulieres opulente surgite, audite uocē meam, filię confidentes auscultate eloquium meum. Et loquitur de ciuitatibus & cōgregationibus populi Propheta. Babylon etiam dicitur mater propter populi multitudinem, Filia propter superbiam non tolerandam. Scitis quomodo filię ornentur à matribus, quò speciosiores et pulchriores uideantur. In oculis Domini Babylon erat turpis & deformis, Mundanis  
autem

autem hominibus nihil speciosius, quæ  
 Babel cum suis turpitudinibus. Et pro  
 pter abominaciones & turpia facta a  
 deo detestabilis fuit, ut pii homines ni-  
 hil uoluptatis, nihil deliciarum, nihil de-  
 nique gaudij in ea habere possint. Mi-  
 sera certè filia, quæ à Domino Deo suo  
 defecerat, quæque eam mensuram, qua  
 mēsa est alijs acceptura erat. Volūt pii  
 dicere, Scimus & non dubitamus de  
 prophetijs Domini, breui omne malū  
 obruet Babel. Iuxta historiam, Darius  
 & Cyrus ex Persia uenientes obsede-  
 runt ingenti exercitu ciuitatem, & tan-  
 dem obtinentes eam, omnia aurea &  
 argentea idola sustulerūt, occisis sacer-  
 dotibus. Imò & æquarunt muros Ba-  
 bel solo, ut deinceps animalia fera illic  
 habitaret, iuxta Esaiæ uaticiniū ca. 13.  
 quod ita sonat: Ecce ego excito contra  
 eos Moedos, qui pro argento non cogi-  
 tabunt, nec desiderabūt aurum. Cum  
 arcibus pueros collidēt, & fructui uen-  
 tris non miserebuntur, nec pareet filiis

292 COMMENT. IN PSAL. CXXXVII  
oculus eorum. Et erit Babel, quæ incli-  
ta fuit in regnis, decor & magnificen-  
tia Chaldaeorum, iuxta subuersionem  
Dei (quam fecit) in Sedom & Aemo-  
ra. Non sedebit in perpetuum, nec ha-  
bitabit usque in generationem & ge-  
nerationem, sed neq; Arabs figet ta-  
bernaculum ibi, & pastores nō facient  
ibi cubare (greges). Cubabunt uero ibi  
bestiæ horrendæ, & implebunt domos  
eorum cercopitheci, habitabuntq; ibi  
filix Strutionis, & pilosi (dæmones) sal-  
tabunt ibi. Et clamabūt catti syluestres  
in magnificis ædibus, & dracones in  
palatijs uoluptatis: & in proximo est,  
ut ueniat tempus eius. neq; protrahen-  
tur dies eius. Satis horrendum suppli-  
cium in his uerbis audistis, quo Baby-  
lonios Dominus adflīcturus erat, et tā-  
dem etiam adflīxit. & omnes qui illorū  
peccatis obnoxij sunt, puniturus est.

Nos orationi sedulæ incumbamus,  
si à mūdo uexati & tribulati fuerimus:  
illiusq; uoluptates, diuitias, & quicquid  
delli-

delicatum habet omnino contemnamus, si à uero Dei cultu per illa auocemur, scientes Christum mundū uicisse & satanam debellasse. Nam in ultima sua coena dixit Ioan. 16. In mundo afflictionem habebitis, sed bono animo sitis, ego uici mundum. Quod factum est in cruce. Si nos uim et efficaciam crucis Christi didicerimus, eamque probe tenuerimus, tunc satan sauiens, haud praeualebit, neque à uera Dei cognitione nos abstrahet ullo modo. Minas intentare non cessat, sed fidelis his fortior fit, & alacrior ad pugnam, stipatus gratia Dei. Et illo tempore Christus erit nobis ciuitas Cyri regis, in qua tuti ab omnibus malis et sine periculo, quantumuis crudelissime seuiat hostis, erimus. Christus enim uicit mundū uerbo crucis. Quū autem Christus praesidet, & regimen in manu habet, omnia idola, quanquam preciosa, & magni pensa ab hominibus cadent, & quicquid in uerbo eius non est fundatū, corruet, Esa. 2. Et idola in



294 COMMENT. IN PSAL. CXXXVII  
uniuersum alterabuntur, & ibūt in ca-  
uernas petrarum, & in uoragines ter-  
ræ, propter pauorem Domini, & pro-  
pter gloriam maiestatis suæ, quum ille  
surrexerit, ut cōdemnet terram. In illa  
die proñciet homo argenteos Deos su-  
os, & aureos Deos suos, quos fecerunt  
ei ad adorandum (eos;) in fossuram tal-  
parum & uespertilionū (proñciet eos.)  
Et ingredientur in scissuras petrarum,  
& in cacumina saxorum, propter pa-  
uorem diuinum, & propter gloriā ma-  
gnificentia suæ, quum ille surrexerit,  
ut condemnet terram. Cessate igitur (ti-  
mere) ab homine, in cuius nare est fla-  
tus, quid enim ille reputatur? Eandem  
sententiā adfirmant et Zacharias pro-  
pheta ca. 13. Et erit in die illo, dixit Do-  
minus exercituū, Excindam nomina  
idolorum de terra, & nō memorabun-  
tur ultra, & etiā prophetas & spiri-  
tum immunditię faciam transire de ter-  
ra. Si Dominus cor tuū inhabitat, ido-  
la locum non habebunt, Et si aspectui  
tuo

tuo afferuntur, nihil nocebunt. In altero autem aduentu Christi, nihil idololatriæ amplius apparebit. Quo p̄ magis se Deo adiungunt & propius accedunt in cognitione uerbi Dei, eo longius ab idolis recedunt. Dico autem id de falsis doctrinis & erroribus quorundam. Nam idola Babylonica nihil nobis incommodabunt, neq; eorum ministri. Errores & hæreticorum dolosa dogmata necessum est deuitetur, et tollantur uerbo Domini. Si in nostra opera fiduciam ponimus, relicto Christo, in Babylone sumus. Idololatria multos errores & opiniones secum uehit, quæ hæctenus in causa fuit defectiōnis à Deo. Ecclesiæ cathedrales, cœnobia tã in rure, q̄ in ciuitatibus, & ministri idolorũ ex hoc fonte fluxerũt. Inde mirabilis uestitus, et murmura nocturna & diurna. Inde tot superstitiones, tot ficta ieiunia. Et quis numeraret omnia, quæ Romana bestia excogitauit. Omnia enim sunt nihil aliud q̄ auoca

296 COMMENT, IN PSAL. CXXXVII  
menta à uero Deo, Si Christus regnare  
ut æquum est, debet, ea omnia pessum  
eant, necesse est. Non parua abomina-  
tio et idololatria in missa papistica fuit,  
quanquam illi repugnent, imò doceri  
nolunt ex uerbo Domini, cui fidē non  
habent. Nec; illos pudet sic se Deo op-  
ponere, & Christi passionem concul-  
care. Timeo illos perituros cum Baby-  
lonicis. Christus satisfecit pro nobis ef-  
fuso suo precioso sanguine, & illi au-  
dent se iactare, sine omni pudore, pro  
peccatis uiuorum & mortuorum uelle  
satisfacere, & Christum semel oblatū  
iterum offerre; Et qui illos defendunt  
& tuentur, ut male agant & impiē, si-  
miles sunt prestigiatoribus Babel. Ac-  
cidit illis, sicut regi qui alebat idolū Bel  
iussu sacerdotū, quotidie multæ oues  
& pecora insumebantur idolo isti, &  
pauperum cura nulla. Hic satis libera-  
les erāt, in pauperes uero crudelissimi,  
quibus ne terenciū ex censibus remit-  
tebant, Videant & nostri, ne cum sacri-  
ficu-

ficulis & idolis tandem percāt. Et scio illud, si principes et defensores illorum ueritatē discerent, uel saltem audirent, quod mox illos deceptores et onera terræ ad loca incognita profligarent. Antichristus ore spiritus interficietur, id est uerbo Domini. Idolis enim demolitis, etiam constitutiones falsæ nimirū interibunt. Et caueat quæque fidelis anima, ne amplius conscientiam suam uinculis humanarum constitutionum cōstringi patiatur. Certus etiam sum, si principes rectè, & in ueritate uerbo Domini instruerentur, et salutis æternæ admonerentur, non diu laturos abominations, propter quas iam pugnant tanquam pro focis & aris.

Hieremias cap. 49. plagam super Esau futuram clarè describit, dicens, Ad Edom sic dixit Dominus exercituum: An non adhuc sapientia in Theman, perijt consilium à filijs, euanida facta est sapientia eorum. Fugite, (respexerunt) profundati sunt ad habitandum

filij Dedan, quia perniciem Esau addu-  
 xi super eum, tempus uisitationis eius.  
 Si uindemiantes uenerint tibi, non re-  
 linquēt racemos, si fures in nocte per-  
 dent sufficientiā eorum. Quia ego de-  
 texi Esau, reuelauī abscondita eius, &  
 occultus esse non poterit, uastatum est  
 semen eius, & fratres eius, & uicini e-  
 ius, & non sunt. Derelinque pupillos  
 tuos, ego uiuificabo, & uiduæ tuæ in  
 me cōfidant. Hinc apparet eos qui cru-  
 deliores in pios fuerunt, et populū Dei  
 præ cæteris gentibus uexarunt, maiori  
 pœna & grauiori afficiendos esse, quia  
 digni erāt iusto Dei iudicio. Hic fletus  
 & ululatus audietur hoste imminente.  
 Nos ad diē Domini oculos mentis uer-  
 tamus, ut in Lu. cap. 21. scribitur, & me-  
 mores dicti Christi simus perpetuò;  
 qui dixit: Hęc fieri incipiētibus, suspici-  
 te & attollite capita uestra, quoniā ap-  
 propinquat redemptio uestra. Ibi an-  
 gustiæ & tribulationes erunt, quemad-  
 modum Prophetæ scribunt. Iam inci-  
 pe

pe poenitentiam agere, ne differas ad diem tribulationum. Qui hodie non incipit, crastina die non melior, sed peior erit. Si agnoscis Domini uoluntatem, & scis illius iustum & indubitatum iudicium, qui fit, quod illum non times, & ab eius ira fugere tandem non cogitas?

*Beatus qui apprehenderit, & colliserit infantulos tuos ad petram.*

**T**Ria ordine hic enumerat, primo destructionem Babel, secundo retributionem. tertio allisionem paruulorum ad petram. & secundum uehementius est primo, tertium autem uehementissimum & crudelissimum. Babylonij multa regna summa immanitate depopulati sunt, & nihil neque misericordiae neque humanitatis tam mulieribus. Quae pueris exhibuerunt, ideo retribuetur illis secundum id quod fecerunt alijs. Volunt dicere, Babylon miserè depopulabitur, ut nihil residuum sit ex omni re, imò & pueri eorum interficientur, seposito omni humano affectu, adeo in  
illos

300 COMMENT. IN PSAL. CXXXVII  
illos sæuiet ira Dei. Si pueris culpa uacantibus pepercissent, facile regimen iterum recuperare potuissent, et ea que destructa essent, reedificare. Certè magnæ maledictionis indicium fuit, sic omnia perire, tã homines quàm iumenta, imò ne semē relinquebat, in quo spem ullã posteritatis habituri essent. Hieremias dicit, suo tempore Babel hortum ferarum fuisse, an hodie sit locus inhabitabilis, nobis est ignotum. Pœna illorum ita grauis futura erat, ut illorum memoriã homines omnino obliuioni tradant. Et si adhuc memoria illorum sit, sed talis, qualem Iudæi habent, qui Christum crucifixerunt, & qualem habent Pilatus & Herodes & alij impij, quos Deus etiam in hoc seculo puniuit. Quæ memoria non in eorum laudem habetur, sed in contemptum & ignominiam. Ideo & Hieremias cap. 51. postquam multas maledictiones præscripsisset in librum unum, dedit illum Seraiam, & dixit: Quum ueneris ad Babel, et uide-  
ris

ris eam, & legeris omnia uerba illa, &  
 dices, Domine tu locutus es, contra lo-  
 cum istum ad excindendū eum, ut nō  
 sit in eo habitator ab homine usque ad  
 pecus, sed solitudines sempiternæ erūt.  
 Et erit, ubi perfeceris tu legendo librū  
 hunc, ligabis super eum lapidē, & mī-  
 tes eum in mediū Euphratis, & dices,  
 Sic submergetur Babel, & non confi-  
 stet à facie mali, quod ego inducam su-  
 per eam, & defatigati erunt. Similiter  
 Apoca. cap. 18. Babylonis interitus de-  
 scribitur, non illius, quæ in Chaldaea,  
 sed quæ spiritualis est. Recitabo uobis  
 uerba, quia crudelia fatis sunt, quo &  
 uobis terror incutiatur ad timendum  
 Dominum in hoc periculoso tempore,  
 in quo nulla iustitia, nec fides, nec pax.  
 Verba sic habent: Cecidit, cecidit Ba-  
 bylon magna, & facta est habitatio dæ-  
 moniorum, & custodia omnis spiritus  
 immundi, & custodia omnis uolucris  
 immūdæ et inuisæ, quia de uino iræ for-  
 nicationis eius biberunt omnes gētes.  
 Et



Et reges terræ cum illa scortati sunt, & mercatores terræ de uirtute deliciarum eius diuites facti sunt, &c. Poculum illis miscetur in duplo. Sunt enim hypocritæ, externa specie incedentes, titulis splendidis ornati. Multis ceremonijs gaudent, quæ splendent tanquam purum aurum, intus autem sunt pleni abominationum & satanæ illusionū. Vocant illam mulierem amictam bysso, et purpura, & cocco, & deauratam auro & lapide precioso & margaritis, quæ dat regibus & principibus mundi potum. Tertullianus uocat Babel Romā. Nos non ad unam ciuitatem talia referimus, sed ad omnes impios, qui uerbo Domini resistunt, & pios persequuntur, et si externa specie uideantur sanctissimi. Hypocrisis nouit egregie simulare, quo ad id, quod sibi proposuit, consequatur.

Hoc genus hominum duplicem remunerationem in pœnis habebit. et in varios incidet errores, ut seipso tandem mutuo

mutuo interfectori sint. Licet ad tem-  
 pus aliquod latētur, & eis omnia pro-  
 sperè succedant, & p̄ij interim cruce a-  
 cerbissima uexentur, hic suspenditur,  
 alter proscribitur, uel aquis submergi-  
 tur. Et quod tormenti genus non subi-  
 erunt fideles homines? Christus autem  
 uenit suo uerbo regnum illud deuasta-  
 turus, partim deuastauit, partim quoti-  
 die prædicatione Euāgelij antichristū  
 territat, et nisi adeo strenue resisterēt, sa-  
 tan cū suis iā olim corruisset, adeo effi-  
 cax est uerbū Dei. Durabit autē usq; ad  
 præfinitū à Deo tēpus. Quanc; te uiuē-  
 te regnū illud nō in totū excindet, neq;  
 uerbū Domini ubiq; terrarū prædicet,  
 satis tibi sit te Christū uitam dantē eter-  
 nam agnoscere, & uide ne amplius se-  
 ducaris, naçta uera cognitione Christi.  
 Aderūt multi hostes, qui tale qd cona-  
 bunt ut seducaris à Deo tuo, et à fiducia  
 in Christū. Post hanc uitā, iudiciū Do-  
 mini apparebit iustū. Nostis qd in Lu-  
 ca. 16. scriptum sit de Lazaro & diuite.  
 Si

304 COMMENT. IN BSAL. CXXXVII  
Si hic Christo ex corde inseruieris, ali-  
bi misericordiam eius senties, sin mi-  
nus, poenas subibis eternas. Qua enim  
mensura mensi fuerimus, eadem & uo-  
bis remetietur.

Christus destruet antichristi regnū  
solus, & si ministerio suorum seruatorū  
utatur. Hiere, cap. 5. admonet Spiritus  
Dei multis uerbis illos, qui destructuri  
essent Babel, quo alacriori animo insi-  
stant, omnia prospera pollicens. Sic &  
nos quā felicissimē bestiam Roma-  
nam debellabimus, si Domini Spiritu  
ducti fuerimus, detecturi toti mundo  
errores illius nocētissimos, quanquam  
nobis irascatur, & cōtra nos dentibus  
suis fremat. Non mirum, omnes eius  
amici cuperent, si possent ciuitatem il-  
lam abominationum seruare illaefam.  
Neque opus habemus gladijs acutis,  
uel bombardis, aut ullis instrumentis  
bellicis, neque alios inhortamur tale  
quid tentandum cum hac bestia, sed  
uerbo Domini, quod pro praesentissi-  
mo

mo ueneno habet, admonemus nō par  
 cētes senī, nec pueio. Rex æque nobis  
 est ac rusticus in causa religionis, quia  
 rusticus æque filius Dei atque rex ipse,  
 quantūuis nobilis & potens. Saul i. Sa  
 mu. 15. à facie Domini abiectus, quod  
 pepercisset regi Agag, & Dauid in eius  
 locū surrogatus, & unctus à Samuele  
 Propheta. Tale quid & nobis etiā con  
 tingeret, si solum pauperes corripere  
 mus, regibus parcentes. Imò & regi  
 bus, nobis tacentibus, maxima Dei  
 ira incumbit. Episcopi cum suis aucu  
 pijs è templo eijciendi sunt, ne nomen  
 Dei male audiat apud gentes, iuxta e  
 xemplum Christi. Hoc autem officium  
 non priuatę personę est, sed magistra  
 tus, qui ferre non debet extranea religi  
 oni inuehi, in locum ubi Deus colitur.  
 Principibus non parcendum, qui pau  
 peres & uiduas cum pupillis spoliant.  
 Pensionarij admonendi etiam, ne seip  
 sos & alios perdāt, tam corpore quàm  
 anima, ne in cautā sint, quod innoxius  
 u sanguis

sanguis effundatur. Papa nō adeo nocet, id quotidie experior, Euangelio, & hi sanguinolenti pensionarij. Neq; ibi tacendum, si Principes & magistratus a sinis illis beneficia ecclesiastica conferunt, qui populum nihil docent, quod ad religionem ueram attinet, imō nesciunt, quid uerus sit Dei cultus, neque quid Christus, neq; quid sacramenta, imō uix sciunt legere diuinam scripturam, taceo interpretari. O res deploranda multis lachrimis. Sed unde tot errores enati sūt in ecclesia. hęc indocta animalia seminarunt illos. Ideo principibus & potestatibus illis non est ignoscendū, sed potius seuerè sunt arguendi, quo eis tam miserabilis status ecclesiae in animo sit. A sinis illi sese ferè intrudunt non uocati. Et quomodo possent, si etiam scirent, Christum prædicare, cum ab illo non fuerint missi? Pij autem & docti uiri, quorum apud nos iam multi oberrant, summa egestate pressi, si sufficerentur, mox per illorum præ-

prædicationes Babel tota corrueret, et  
 ita ut nulla spes reedificandę foret. Sed  
 prudenti consilio cauent satanę minis-  
 tri, ne possessionē semel nactam amit-  
 tant. In Apocalypsi capite prænotato  
 habemus, quod angelus fortis lapidē,  
 quasi molarē magnum sustulit, & mi-  
 sit in mare dicēs: Hoc impetu mittetur  
 Babylō ciuitas illa magna, & ultra iam  
 non inuenietur. In corde fidelium iam  
 Babylon excisa est. Et iam incipient  
 hi clamare & ululare, qui in Babel ha-  
 bitant. Væ nobis, iam actum est de sa-  
 crificijs nostris, cōtemptui sumus, etiā  
 pueris, regnū nostrum destruitur per  
 uerbum Domini. Indulgentię, missa et  
 purgatoriū locuples in derisum uene-  
 runt, &c. Pij autem & fideles cantabūt  
 halleluia. Si non uultis perire, & malo  
 imminente fuga elabi, beneficiū Chri-  
 sti ingens ex sincero cordis affectu re-  
 colite. Et quicquid ad emendationem  
 uitæ facit, id ne omittatis, tūc cum gau-  
 dio licebit ad Christum uenire, quan-  
 do

308 COMMENT. IN PSAL. CXXXVII  
do iudicaturus est uiuos et mortuos, et  
audire dulcem illam & desiderabilem  
uocē ex ore Saluatoris nostri, Venite  
benedicti patris mei, possidete regnum  
paratum uobis ab exordio mundi. Do  
minus Iesus Christus omnibus nobis  
suam largiatur gratiam, ut hāc dulcissi  
mam uocem audiamus, Amen,

De

DE INVOCATIONE SANCTO-  
rum in festo commemorationis om-  
nium Sanctorum sermo popula-  
ris, D. Ioan. Occolam-  
padio Autore.



QVONIAM hodie ce-  
lebratur festū, imò cō-  
memoratio potius om-  
nium Sanctorū: mul-  
tum interim dissensio-  
nis de horum patrocī-  
nio & inuocatione exorīt, operæ pre-  
cium mihi uisum est, hac de re aliquid  
differere, ea tamen lege, ne uel tantillū  
encomio Christi decedat, ut uos probē  
intelligatis, deinde & iudicetis, quid sū-  
damenti utraq; partes habeant.

Si quis aliquem in cōspectu poten-  
tis principis cum decoro laudare insti-  
tuit, exacte & diligenter obseruet, ne  
eum plus æquo, aut minus, quàm de-  
cet, laudet. Nam si istud fecerit, existi-  
mabitur Principem, ut stolidum, iudi-



care. Sin parcius indignius ue laudauerit, odio, uel inuidiæ eius acceptum ferent.

Huius exemplū in te capesse. Cum tu uilis Faber sis, in cōspectu autē principis aut Regis aliquis te titulis regijs compellaret, putā inuictum, illustrem, & generosum, quid amabo inde colligeres, quā quod immodicus ille laudator pro stulto haberet te, quasi uana, falsa, & ficta laus te titillaret.

Sic ineptum sanè est, quum nos cōcionatores in conspectu Dei, in cōgregatione eꝑ̄ fidelium arrogamus Principibus & magistratui maiores titulos, quā Christo ipsi, quod ingeniū adulatorum est, qui à suo latere ueritatem non habentes, contenti sunt assentiri. Quod sanè in ecclesia turpissimū est, nec quisquam hoc affectare deberet.

Sic inepte faciunt prædicatores, qui in dedicationib. & patrocinijs Sanctorum exorati, propter unicum lautum conuiuolum, nequeunt satis extollere ipsos

ipſos ſanctos, quibus cœlum altiffimū  
 humilius eſt, quàm ut poſſit eos pro di-  
 gnitate capere. Neſciūt, quo ipſos col-  
 locare uelint. Loquuntur autem abſq̃  
 omni fundamento. Et quia non ſtatim  
 eos imitamur, nec in eorum placita pe-  
 dibus diſcedimus, è ueſtigio hæreſeos  
 nos inſimulant, qui ſanctos propha-  
 nemus, uafte muſq̃. Proijciūt interim  
 ampullas (ut Horatij uerbo utar) et ſeſ-  
 quipedalia uerba, quibus uerbū odio  
 degrauant, quo magis inertem ſuum  
 uentrem, & uanam ſuam pompā pro-  
 mouent. Quod quidem miſerum, &  
 miſeratione omni digniffimū eſt. Qui-  
 bus reſpondere magis neceſſarium du-  
 xi, quàm præconia ſanctorum ebuc-  
 cinare.

Maria uirgo mater in ſacris literis  
 multifariam laudatur. Quam laudem  
 iure optimo, & ex corde geſtiente nos  
 quoque cōfitemur. Sed quid ſibi uult,  
 quod in Cantilena illa, cuius eſt initiū  
 Saluē, zam appellant uitam, dulcedinē,

spem &c. arrogātes ei, quod eius minime est, sed solius Dei. Quid putatis eā his delectari? Imò si ipsa adhuc in terris superstes esset, non solum uestes suas scinderet, sed potius mille mortes perferret, quā ut sibi acceptum ferri permetteret, quod filij sui solius est. Sicut in Actis Apostolorū legitur de Paulo & Barnaba, qui prę dolore & indignatione uestimenta sua sciderūt, quia Deorum honores eis exhiberentur. Quāto minus tulissent, si eis honor veri Dei fuisset exhibitus: Et quā ardēter Paulus suis Corinthijs uetat, ne de eo & alijs plus sentirent, quā deberent.

Equidem hodiernum festum uideatur mihi ferē iuxta prouerbiū *o' d'lep* *v'v'is* habere. Egregiam uero huius originem uideamus, sicuti ipsi suo iudicio miseri se produnt. Narrant Rhomæ quoddam templum fuisse, in quo uniuersæ terrę dī adorati et culti sint. Hęc idololatriam ut ē medio tollerent, templum omnibus Sanctis consecratū est,

ut

ut ipsis sanctis attribueretur, quod antea falsis dijs assignatū fuerat. Scilicet idololatriæ periti abrogatores. Paulus hoc in terris non indulsisset. Hoccine est lingua non titubare? Respice, quæso, huius festi ruinosum admodum fundamentum. Hoc missum nunc facio, οἱ θεοὶ διακροῖ bene se gerere norunt in his, alijs que huius farinae χερσολογίαις. Hæc tamen addam, hic dies festus sero à Christiana ecclesia receptus est, & diu post Apostolorum tempora incognitus.

Pseudecclesiastῶν immodicam & Gnathonicā laudē melius refutemus, Matth. 19. Dominus noster Iesus Christus (cum quidā oculos in eius humanitatem nudam adiecisset, bonum interim magistrum appellitasset) non tulit eius assentationem, sed dixit, Quid me uocas bonum? Nemo bonus est, nisi unus, nempe Deus. Hæc nimirum Christus ideo dixit, ut ab omnibus creaturis abduceret, & in solū Deum duceret,

ceret, fontem omnis boni. Quamuis interim Christus omnium nobilissima creatura secundum humanitatē suam, nihilominus abducit nos à carne & humanitate sua, percipiens patri omnia bona accepta ferre. Sic agit noster magister Christus. Si nos ita loqueremur, sicuti ipse de se loquitur, Deus bone, quas tragœdias excitarent, quantū offenderentur, hereticum ac diabolicum pronūciarent. Porro in negotio invocationis Sanctorum nostra sententia perinde est, ne nos mortales in ullam creaturam fiduciam collocemus, sed in eum, qui cœli & terræ autor est.

Quid miseri ardeliones faciunt, videre est quum gladio prædicandi cōcredito abutantur, more alicuius ebrij, tam gladiū suum in amicum, quàm aduersus inimicum stringentis. Sic isti pseudoprophetæ faciunt. Sunt adhæc & alij lupi rapaces, quibus non satis est sic perperam docere, nisi et ad infirmos lecto decumbentes, & iam agentes animam

mam grassentur, quibus alioqui admo-  
 dum opus esset summa consolatione,  
 & alloquio consolatione plenissimo.  
 Hos, inquā in, arcū, coactos magis co-  
 artant. Sciscitant, an non potius Chri-  
 sto cum sanctis fidem habeant, q̄ soli  
 Christo absq; sanctis. Quod simulatq;  
 concessum est, sequuntur ē uestigio &  
 alia fidei dogmata noua, & sic tandem  
 sacramento Eucharistiæ inītantur. O  
 Psychotyranne, ecquis hanc autorita-  
 tem tibi tradidit, ecquis iussit infirmos  
 nouis fidei articulis onerādos? O man-  
 cipium uentris uilissimum, qua fron-  
 te, quoue ore laqueum conscientiae in-  
 ūcis? O conscientiarum carnifex, In-  
 firmus omnibus creaturis moriatur  
 necesse est, & sese in manus patris de-  
 dat, eius inquam, qui condidit cœlum,  
 & terram, tun' uero sic interuenis? O  
 ingentem calamitatem. Quid hinc tan-  
 dem proueniet, ut candidati baptismi  
 tandem baptizentur in nomine nō so-  
 lum patris & filij & Spiritus sancti, de-  
 nique

nique omnium sanctorum, belle conspicuum est, ubi satan ille pessimè doleat. Quid, quæso, aliud subsequetur, quàm ut Christus ille abnegetur, & audiatur, non esse Deus totius consolationis contra illud, quod ad Corinthios est? Sic perfecta consolatio & omnis diuinitatis plenitudo in eo non erit. Vereor, imò certus sum, si Christus solus inuocatus non abunde consolationem suppeditet, ut cum alijs inuocatus multo minus consolaturus sit.

Videtur eiusdem esse farinae cum eo (quod dubio procul quoque aliquid monstruositatis, nisi me omnis sensus fallat) quod cornicantes dicunt, Christus non iussit Euangelium conscribere. Quorsum hæc tam putida tendunt? Huc videlicet, quod ecclesia per suam auctoritatem Euangelium receperit & confirmarit. Hoc postquam illis conceditur, statim inferunt: ergo Concilia, in quibus decem aut viginti indocti apostolici, huius uolui dicere episcopi, & alij  
con-

congregati, Verbi iudices fuere, ita &  
 hodie obseruentur, et sequentia sic cō-  
 celebrentur, in quibus pro suo arbitra-  
 tu & libidine liceat torquere et expone-  
 re uerbum Domini. Hoc certè pacto  
 omne eorum negociū belle, & ex ani-  
 mi sui sententiā procedet, interim autē  
 de infirmis conscientijs actum erit. Et  
 ubi iam antea flagellis usi sunt, nunc  
 scorpionibus cōscindent miseros. Ac  
 in hac nostra urbe hoc dicere perinde  
 est, ac si dicant, Huc pro uirili incum-  
 bamus, ne edictum magistratus Basi-  
 liensis obseruetur. Sincerum nanque  
 Dei uerbum non satisfacit eis ad ex-  
 positionem, nisi & opiniones patrum  
 accedāt. At minime sancta erit omnis  
 scriptura, quamuis & à sanctis autori-  
 bus prodita sit. Sancta scriptura nō er-  
 rat, non hallucinatur. Cæterum sancti  
 homines errare possunt & hallucina-  
 ri, sicut proh dolor, deprehendimus.  
 Sed sinas eos loqui, fundamentum eo-  
 rum ruinosum est. Paulus siquidem &  
 alij



318 DE INVOCAT. SANCTORVM  
alijs Apostoli non minus prædicant E-  
uangelium scripto, quàm alijs ore præ-  
dicarunt. Et cum Christus iussit Euan-  
gelium prædicare, interim minime gē-  
tium uetitum est & scripto prædicare.  
Adhæc, an non Apostolorum scripta  
è Spiritu sancto profecta sunt? Hoc  
uelint, nolint, cōfiteantur oportet, aut  
dicant ea è diabolo esse. Nullū hic me-  
dium erit. Si è Spiritu sancto profecta  
sunt, & ex Christo esse necesse erit. Ideo  
Paulus inquit, Num experimentū eius,  
qui in me loquitur Christi quæritis? Et  
quid tum est, quod Ecclesia ipsa Euan-  
gelium & Scripturam canonicam re-  
cepit? Scriptura non ob id sancta erit,  
quia ab ecclesia recepta sit, sed ecclesia  
sacram scripturā recepit, quia sancta et  
ex Deo est. At hic ecclesia nō est Cōci-  
lia. Nam ecclesia Biblicos libros rece-  
pit ante magna Concilia, ubi scilicet cer-  
deles fidei *πληροφορίæ* persuasi fuerant.  
Proinde diabolus alias technas struat,  
nam hæ nobis optime perspectæ sunt.  
Ad-

Adhuc unum est, quod hoc tempore silentio præterire haud queo, & hoc etiã officij mei esse duxi. Eduntur nunc passim uarij libelli, quod fortassis bonum est, ut ipsa ueritas iuxta mendacia magis elucescat, aut fortassis malum, quia non pauci simplices per eos seducuntur, quibus medendum & cõsulendum est eosdem refutando.

Crassus quidem liber recens editus est aduersus Huldrychum Zuinglium (quem tamen nõ alium deprehendo, quã fidelem uerbi Dominici præconem) per Fabrum congestus. Bene notis hominem, in quo quia tam inconuenientia & periculosa mendacia inueniuntur, nõ est ut uobis larua & persona hominis coram hoc mundo imponat. Quamuis enim in multis principum aulis uersetur, nihilo tamen ueracior est, aut fide dignior. Deinde, quãuis hic Basileæ episcopem ambiat, nihilo tamen sanctior, aut iustior est. Et quamuis multa conet, & faciat in speciem

320 DE INVOCAT. SANCTORVM  
ciem, propter Euangeliũ & pacẽ eccle-  
siæ, nobis tamẽ ne pilo quidem cõmo-  
dior fuerit. In quo inquã, libro & mei  
meminit, & me insimulat eius scilicet,  
quod in disputatione Badensi admise-  
rim, quod scilicet sancti pro nobis qui-  
dem intercedãt, nihilominus nostri of-  
ficij non esse, ut eosdem inuocemus,  
quod ei quidem insolens uidetur. Agẽ  
disputationis illius non meminissem,  
sed quia ipse huius mentionem facit,  
& in totum mundum scribendo spar-  
git quicquid lubet, sit & mihi liberum,  
in bonũ tamen uestrũ, de hoc negocio  
loqui, præsertim quũ hodiernũ festum  
talia efflagitet. Primum omnium, cum  
Fabro, et eius commilitonibus tam in-  
solens uideatur, quod Sanctorum pre-  
ces, & inuocationem nostram differre  
faciam, cur in disputatione Badensi  
non exactius super hoc quærebant, &  
didicissent utique. Sed sicut φιλαλαβῆς  
erant, ita sese gerebant.

Magna certe differentia est inter hæc:  
Sancti

Dominus duas uias nobis demon-  
 strauit. Vna ad uitam, altera ad interi-  
 tum ducit, arrigite aures o pueri Dei.  
 Vna aspera est, spinis plena & senti-  
 bus, quam pauci uadunt, si autem in-  
 gressus fueris, plana erit et iucunda, ad  
 uitam æternam ducens. Altera primo  
 delectabilis apparet, quasi ad omnia  
 bona uehens, quū autē ad finem uen-  
 tum fuerit, præcipitat nos ad infernas  
 habitationes, ubi satan & mali spiri-  
 tus inclusi sunt, & ad iudicium seruan-  
 tur. Ita loquitur Christus Matth. 7. In-  
 troite per arctam portam, quoniam la-  
 ta est porta, & spaciōsa uia, quæ abdu-  
 cit in exitium, multiq; sunt, qui ingre-  
 diuntur per illam. Quoniam angusta  
 est porta & stricta uia, quæ abducit ad  
 uitam, & pauci sunt, qui inueniunt il-  
 lam. In arcta uia est Christianorū ho-  
 minum uita, in qua se in seculi huius  
 perturbationibus exercēt, nec cessant,  
 neq; quiescunt, donec ad optatum lo-  
 cum ueniant. Dicūt quidam, an non  
 z con

354 CONTRA. IN PSAL. CXXXVII  
confodalibus, qui mihi notissimi sunt,  
adherebo, aut cū uicinis gaudeā, an nō  
cōuiuabor semel aut bis in hebdoma-  
da cū illis? Cartusianus monachus esse  
nolo. Quis hanc præscriptā regulā ser-  
uabit? homines sumus. Audi consiliū  
meum, quia scio, quæ solet mūdus obij-  
cere, & obedi uerbo Dei, senties breui  
rē illam & doctrinā, quæ iam maximē  
displicet, iucundā tibi fore, & gratissi-  
mā facilēq; factū. Dubito minime, gra-  
tias mihi ingētes ages, qđ te ab hoc ma-  
lo liberauerim meo consilio. Optarim  
uobis adolescētibus oculos ad cōtuen-  
dū, qualem nā finem quidam sortirent,  
hic bene potus, & insanus interficitur,  
ille membro aliquo mutilat, hic bellis  
adheret etiā iniustis, cōtra datum iura-  
mentū, ob uilē pecuniolā, & miserè tru-  
cidatur, more bestiarū, alter laqueo su-  
spenditur ob leuē causam. Et quis enu-  
merare genera mortiuū posset, quibus  
hi, qui & Deo et parentibus inobedien-  
tes sūt, occubuerūt? Nō opus ullo exē-  
plo,

plo, quum quotidie uideamus, quem  
 uitæ finem hi nebulones habeant. Eo  
 etiam modo alloquor puellas, Salaces  
 sunt, socias habent petulantiores hir-  
 cis, derident quemuis adolescentē, im-  
 pudicis cantilenis sese exercēt. Quædā  
 pueros occultè pariūt, et tunc aut pub-  
 lica scorta fiunt, aut ad pauperiem redi-  
 guntur, cum ita contemnuntur, ut mi-  
 seræ perpetuo sint. Quis probus iuue-  
 nis tam petulans animal in consortiū  
 conjugale flagitaret? In uestitu quem  
 sumptum habent, bone Deus, pauper-  
 culæ puellæ? gentes non admisissent  
 hanc superbiam in uestimentis. Deū  
 igitur discite timere, et uerbum eius ex  
 corde audite quotidie summo mane,  
 & Dominica die. Neq; tristitia uos affi-  
 ciat o Christiani pueri, si contemnami-  
 ni ab alijs ob Dei cultum, Domino id  
 summe placet, satis nobis erit Domi-  
 no uiuere et mori. Cogitate poti⁹, quo  
 modo illum sequamini, & egregie cō-  
 temnite hoc leue hominū genus, hos

insignes nebulones, qui nihil norunt,  
 quàm conuiuari, ludere, & plateas te-  
 rere, quo uideantur ab alijs. Idem sit di-  
 ctum puellulis. Si hic longa concedi-  
 tur uita, & illam in omnibus lasciujs  
 consumimus, alibi in ignem proijcie-  
 mur perpetuū. Hieremias dicit Thre-  
 norum cap. 3. Bonum est uiro, si por-  
 tet iugum in adolescentia sua. Et bonū  
 uiro, si erudierit animam suam ad fe-  
 rendum iugum præceptorū in pueri-  
 tia sua. Si Deo inseruierimus, tentatio-  
 num mare mox tranquillum erit, quia  
 Dominus suos nequaquā destituit. Se-  
 nes qui à Deo per uerbum Euangelij  
 illuminati, norunt quæ dico, & ex to-  
 to corde conqueruntur suam miseriam,  
 in qua nati et educati sunt. O si talia de  
 Deo & eius Euangelio, inquit, audi-  
 dissemus, qualia iam, Deo sit laus, audi-  
 mus, in iram Dei nunquam incidisse-  
 mus. Pueri arboribus comparantur te-  
 nellis, ad omnem flexuram aptis, si de-  
 bito tempore plantantur, cum autem  
 arbor

arbor iam senuerit, omnis labor fru-  
 straneus erit, citiusq; frangeres illam,  
 q̄ aliò flecteres, quum iã natura sua fer-  
 tur. Id uideri etiã est in irrationalibus  
 animalculis. Si leo hominibus cohabi-  
 tat, mansuetus & cicur fit. Eadẽ res est  
 cum pueris, Mala consuetudo multũ  
 facit ad prauã uitã. Verba impudica  
 loqui & leuia, indicium est peruersi-  
 cordis. Vos maiorem curam, quã  
 hactenus adhibete, sollicitẽ cogitan-  
 do quibus cum uestri habitẽt, & quid  
 loquantur, hæc q; cura & sollicitudo  
 Christianum populum faceret. Pueri  
 æque Dei sunt, ac si uncti essent in sa-  
 crificulos, uel intrusi in cœnobìa mo-  
 nastica. Animo profundo insideat, &  
 exhorresce, si in ira Dei es, poteris ne  
 quiete ac securẽ dormire? Crux est bo-  
 no uiro, si cum proximo inimicitie in-  
 tercedunt. Et ingenuus puer, si parens  
 excandescit in illum, ob facinus ali-  
 quod, nescit quò abeat, ut iram illius  
 declinet, uel tentat omnia, blandiẽdo,



uel lachrimando, quo patri reconcilie-  
tur. Quanto magis cogitandū, & om-  
nia tentanda, quo patri cœlesti recon-  
ciliemur, quem toties omni hora offen-  
dimus, qui dedit corpus & animam?  
Modicum dant parentes carnales, si  
ad ea, quæ à Deo liberali dono accepi-  
mus, cōtulerimus. Deus pater puniuit  
semel totum mundum aquis diluuij,  
exceptis octo personis, quas incolu-  
mes à corruptione aquarū in arca ser-  
uauit ex mera gratia. Sodomā & Go-  
morrham cum alijs ciuitatibus igne  
combussit cœlesti. Multa milia homi-  
num varijs in bellis desiderata sunt.  
Quis illum Dominum non timeret?  
Tardus est ad iram, pœnitentiæ tem-  
pus cōcedit in multos annos. Prophe-  
tas suos mittit, qui iram & pœnam im-  
minentem p̄nuncient. Si autem ho-  
mo peior ex assiduis admonitionibus  
fit, pœnam infliget, quam non expe-  
ctabamus. Nescimus terminum uitæ,  
mors obrepit, quā in medijs uolupta-  
tibus

tibus uolutamur. Nemo literas habet, quot annos uicturus sit. Cur igitur Deo non obedimus, & à peccatis, quæ animam damnant, desistimus? Fallūt se multi, quum occultè peccent, putantes Deum sua uitia nescire. Si in tenebroso nemore ambulares & in deserto, in quo rarissime homines uidentur, nihilominus Deum non laterent tua opera. Cauete ab illius ira quæ sequissima est, proni etenim omnes sumus in uaria uitia, quibus Deus exacerbat. Operamini bonum, Deo placens. Nam duo hæc simul perpetuo coherent, à peccatis cessare, & operibus charitatis insistere. Si à peccatis nō cessauerimus, neque aliquid boni faciemus, saltem quod Deo placeat.

Interrogemus iam pueros, quam fidem profiteris, eam ne, quam apostolica ecclesia nobis tradidit? Dic mihi fidei articulos. Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorē cœli & terræ, & c. Pueri hoc fidei summarium

exactissime teneat, & non solum ore  
 proferat, sed potius corde, ut omnem  
 fiduciam in Deum creatorem conij-  
 ciat, quod illum uelit & possit defende-  
 re. Hoc est, Deus omnia creauit, coelū  
 & terram, uisibilia & inuisibilia. Om-  
 nia quæ esse habent, à Deo sunt, quia  
 sine ipso factū est nihil. Frumentum,  
 uinum, oleum, lana, & quicquid ul-  
 quam extat, imò & angeli à Deo sunt.  
 Hic cogitandū, hæc omnia nostri cau-  
 sa esse condita. O quàm misericors pa-  
 ter est, qui talia nobis indignis concessit.  
 Quid deinceps non dabit, quidue  
 negabit filijs suis? Senibus & aliquò  
 progressis in fide mysteria Trinitatis  
 elucidanda sunt, quanta fragilitas hu-  
 mana percipit. Unus est Deus, qui  
 omnia fecit, tam ea quæ in coelis, quàm  
 quæ in terris. Si in Deum confidis, cer-  
 tus sis, satanam tibi nocere non posse,  
 taceo hominem sceleratissimum. Cre-  
 dere autem est firmam fiduciã in Deū  
 habere, & omnem spem in illum col-  
 locare

Crederet

locare, sepositis omnibus creaturis, hocq; facit, ut Deū uere diligamus, ali-  
as fictus erit amor & falsus. Sequitur,

Et in Iesum Christū filium eius uni-  
genitū) Homines in uniuersum erant  
damnati propter peccata omnigena,  
sed Christus sustulit peccata in hume-  
ros suos, pro nobis satisfaciens patri, et  
liberans à morte æterna, ut iam Chri-  
sto uiuamus. Qui hoc credit, honeste,  
& secundū Dei præcepta uitam suam  
instituet, a motis uitijis, quantum po-  
test. Nulla res odiosior apud Christia-  
nos, quàm peccatum. Deus Adam &  
Euam primos nostros parentes crea-  
uerat, & in paradĭsum posuerat, man-  
datum tenue dans, quod prætergres-  
si, calliditate satanæ decepti, à quibus  
nos originem habemus. Scitis quid illi  
egerint, quidq; illis acciderit, hæc con-  
tagio & nobis quoq; adhæret & inna-  
ta est. Quis non hoc in seipso quotidie  
experitur, præcipue, ut clarum est, hic  
morbus in pueris erumpit paulatim.

Incipiunt enim mentiri, furari, leues esse, parentibus respondere, Deum non timere, quicquid illis dicatur. Si illa erumpere uidemus, uirgis & plagis in tempore occurrendum, ne morbus inualescat, alias uires augmentabit, & oleum camino addet, donec totus homo ueneno isto imbuatur. Acquirunt sic (si se se non emendauerint, restiterintque primis plantis) sibi æternam damnationem. Nemo tam iuuenili ætate est, qui non mox sentiat & intelligat, quid bonum, quid malum. Nam hæc lex naturæ omnibus inscripta est, Quod tibi uis fieri, alteri etiam feceris. Nihil in his, quibus ratio, & sanior intellectus est, intermittamus, ne se à teneris satanæ mancipent. Admoneo hic pueros, si uideritis parētes uestros in audiēdo uerbo Dei neglectissimos, ne illis similes efficiamini. Ratio Domino est reddenda, & quisque pro se. Diligite uos assiduo conciones adire & audire, Dominus gratiam dabit uberem  
in

in sui agnitione, & aditus ad omnes virtutes sic patebit. Dominus custodit et uos ab omnibus, quibus uerbum Dei est contemptui.

Quare Christus mortuus est: ut nos ab aeterna morte redimeret. Dilectio Dei immensa, filio suo unigenito non pepercit, sed pro nobis omnibus illum in mortem acerbissimam dedit, ut qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Diligamus igitur eum, et colamus debito honore, ob tanta beneficia. Quae maior dilectio potuisset esse o puelli dilectissimi? Si in foueam aquis plenam cecidisses, & ab ignoto extrahereris, si morti iam uicinus, ut omnes de te actum esse dicerent, et iterum sanitatem recuperares per docti medici curam, satis gratitudinem ostendere non posses scio, ob tam ingens beneficium acceptum. Multo maiora beneficia a Christo accepimus, qui nos e faucibus satanae eripuit, ab inferno liberauit, uitam aeternam promisit, & angelorum gaudia.

gaudio. O chare puer, dic in animo tuo, in eternum nō peccabo, cum tam foeda & abominabilis res sit peccatū. Imò, si mille mortibus urgereris, in peccatum consentire non deberes. Christus fuit filius Dei, antequam cœlū & terra conderetur, & p̄fixo tempore à patre, homo factus est, absq; omni labe peccati, conuersatus nobiscū in terris, & tandē passus pro peccatis totius mūdi. Discite pueri patientiā. Christus crucē baiulauit in humeris suis, Christus inquā sanguinolētus, alapis percutus, flagellatus, et coronatus spinis. Vestra membra mortificate in tēpore, ne malū innascatur, et tandem cum uestro maximo damno erumpat. Sequitur in symbolo apostolico,

Tertia die resurrexit à mortuis, ascendit, & c. Auscultate pueri & senes, ne illa uerba murmuretis absq; intellectu. Aurea sunt, & digna ut in corda omnium scribātur digito Dei. Resurrexit Christus à mortuis, et nos resurgemus.  
Dubitas

Dubitas corpus tuum à mortuis resur-  
 rectorū? Christus id dixit, qui mentiri  
 nescit. Sedet ad dexterā Dei patris, in-  
 de uenturus, malis poenā inflicturus,  
 pijs autē prēmīa coelū ipsum daturus.  
 Omnia tradita sūt ei à patre in manus  
 suas. Quanquam nos adhuc in terris  
 simus, fragili corpore præditi, tamen  
 futura gaudia, nobis per Christū pro-  
 missa expectamus. Et quibus nam illa  
 promisit: Illis, qui piā & honestā ui-  
 tam post agnitā ueritatem ducunt,  
 qui in hoc seculo multa incommoda  
 sustinent. Quia qui pie uiuere uolunt  
 in Christo Iesu, persecutionem pati-  
 entur. Quū autē Dominus id prædix-  
 erit, molestū nō sit, quantumuis multa  
 & uaria patiamur propter nominis il-  
 lius glorificationē. Necesse si Domino  
 potenti, uel regi alicui inseruiturus es,  
 multa pericula subeas, labores inex-  
 haustos infumes, frigus sentias, quo  
 aliquid lucelli accedat sorti tuæ. Domi-  
 no potius inseruias, de præmio dubita-  
 mi-



minime, quia promisit illa se daturum  
in æterna patria.

Credo in Spiritum sanctum) Qui  
docuit et docet omnes fideles ueritatē,  
quam Christus nobis prædicauit. O-  
peratio autem illius, ut mundus cum  
suis cōcupiscentijs nobis uilescat. A-  
dolescentes uos hīc admoneo, cū ma-  
li cogitatus diu in cordibus uestris per-  
manent, certo sciatis satanā adesse, qui  
hunc ignem exufflet. Eijcite illum per  
orationē & eleemosynam. Spiritus bo-  
nus memoriā æternorum honorū in-  
stillat, & omne bonum, ne malum lo-  
cum habeat. Si pigri sumus & socor-  
des, cum à benigno patre uocamur ad  
cœlestes epulas, bene agit et optimo iu-  
re, si gratiam oblatā reuocat, quā uber-  
rim nobis mera sua clementia dederat.  
Digni enim sumus multis uerberibus  
plagis & percussionibus, si post agni-  
tam gratiam relabimur in pristina pec-  
cata. Incessus uester displicet maximē,  
uestes scissæ, hinc inde fluentes, indi-  
cant

cant animum malefanū, Superbi estis  
 et inflati, senibus nullam reuerentiam  
 exhibentes, Spiritus sanctus id uos nō  
 docet. Cur illius adflatum negligitis?  
 Indicite bellum satanae cū pompa sua,  
 idēq; orationibus assiduīs. Resistite uti-  
 tijs, quæ in uobis succrescunt. O pue-  
 ri dilecti, discite libenter orare oratio-  
 nem Dominicam, tunc in egregios ui-  
 ros euadetis, reipublice nostrae ingens  
 decus, et Christianae religioni ornamē-  
 tum. Fugite ab illorum consortio, quo-  
 rum animus ardet ad perpetrandum  
 malum. Hi sunt uiri mali ac peruersi,  
 qui totis uiribus conantur, ueritatem  
 opprimere, morib⁹, cōsilijs & uita, quā  
 tamen non possunt euertere, etsi parū  
 illam obscurent, sed in pectoribus illo-  
 rum, qui mendacijs gaudent. Deus  
 est misericors & benignus, illum itaq;  
 inuocate per Christum. Et ne gratiam  
 Dei collatā spreueritis more quorun-  
 dam insanientium adolescentulorum,  
 qui male sibi & hic & in futuro consu-  
 lunt

lunt. Amittent breui florem iuuentutis, & ipsam uitam, & recolligent in animo quidnam egerint.

Credo ecclesiam catholicam) Omnium qui unquam fuerunt, tam ante Prophetas, quam post Apostolos, una est fides: & ecclesia uniuersalis, uno in loco iam non est, sed orbem terrarum Christiani incolunt sparsim. Ne fallamini, quasi solummodo Christiana ecclesia sit, quæ sub papa impio militat. Dominus ubique suos habet. Ecclesia autem uera habet uerbum Dei, uetus & nouum Testamentum, habet sacramenta, baptismum & eucharistiam. Si quid contra doctrinam Euangelij ab aliquo, quantumuis sancto, uel dicitur, uel scribitur, sit tibi tanquam anathema. Si papistæ docent Dei cultum et honorem si dignitatem Christi, sequere & amplectere illam doctrinam, sin aliter, hoc est sua somnia & traditiones, fuge ocius, ne aliquid fermenti adhareat. Neque facile illis credas, qui dicunt,

uit omnia, operatur omnia, facit denique nos orare, quomodo tū angeli offerunt preces: Quam quod ipsi per adhortationem suam faciunt nos ardentius orare, quo magis preces nostræ ad Deum penetrēt, & exaudiantur. Nam quod ad Deū attinet, nō habent quod expediant, sed quantum ad nos, ut magis seduli, & attentiores in precibus simus. Ita hallucinatur Faber in primo dicto Prophetæ, quod perperā citauit.

Errat rursus in secundo, quod ex 33. cap. Hiob produxit, quem hoc modo citat. Cum fuerit angelus, qui inducat unus ex his similibus, & nūciauerit iustitiam hominis, eius miserebitur, & dicet, Libera eum, ne descendat in corruptionē. His uerbis Hiob, probare uult intercessionē Sanctorum. At Scriptura hæc ei minime seruire uult. Quia (sit uenia dicto) non intelligit, & male & infideliter trāstulit. Quod Eliu de Deo loquitur, intelligit Faber de Angelo. Nam ubi interpretatur: Et annunciet

338 DE INVOCAT. SANCTORVM  
iustitiã hominis, debuisset ad Hebraicam ueritatem transferre: Vt annunciet homini iustitiam eius. Intellige uero per uoculam (eius) non hominis iustitiam, sed Dei: ut interim taceã, cum dicit: Vnus ex his similibus. Quod interpretari debuisset: unus ex millibus. Ecce tibi Fabrum, qui in una media linea ter lapsum turpem admodum commisit. Nunciare pro annunciarẽ. Iustitiam hominis, pro homini, & iustitiam hominis, pro iustitiã eius, hoc est Dei. Nam sic habere oportet ipsum textum, ut commodum sequatur: Libera eum, ne descendat. Quis est, quem hic hominis miseret: De Deo dictũ est, non de angelo, sicuti sciolus Faber opinatur. Neq; uero angelus dicit: Libera, quod Faber dicit, clarum & apertũ esse, sed Deus loquitur hæc uerba, & sensus est, ipse (intellige pœnitentem) liberabitur, ne descendat in corruptionem. Inueni enim in quo ei propicietur. Sicuti scriptura solet facere, ut opus rei  
gestæ,

gestæ, qualis est miseratio, etiam significatione miserabilium uerborum annunciet.

Est autem hæc huius loci expositio. Si quando angelus homini cui piam se adiungeret, cui inspiraret, & annunciarer, quid facto opus esset, & reciperet uiam iustitiæ diuinæ, cum eo Deus in gratiam redibit, & custodiet eum ab alijs imminentibus malis. Per pœnitentiam namq; quæ fita est in conuertendo & nouitate uitæ, Deus placabitur. Ecce hic nō scribitur, quomodo angelus intercedat, sed quomodo angelus hominem adhortetur, annūciat, & doceat, quod angelorū p̄ficium est. Quare cum gloriatur Faber, quasi probauerit, nugis p̄fecto res expediri nequit.

Rursus producit aliam sententiam ex Ioan. cap. 5. Qui non honorat filiū, nec patrē honorat, qui eū misit. Quia ego & pater unum sumus. Ex quibus uerbis (Faber inquit) belle colligere est, qui nō honorat sanctos, Christum

340 DE INVOCAT. SANCTORVM  
quoq; ipsum ignominia afficere. Nam  
sancti unà cū Christo et eius patre quo  
que unum sunt.

Ioan. 17. Et membrorum unitas u-  
nà cum Christo capite, sine controuer-  
sia probat et concludit intercessionem  
Sanctorū. In his enim uiuit Christus,  
in his operat, & in his honoratur. Ha-  
ctenus Faber. Ex hoc argumēto sequi-  
tur, quod Faber excudit, quod unum-  
quemq; Christianum adorare possem  
eo honore, qui solius Dei est, quod nū-  
quam quisq; fidelium permisit. Chri-  
stum æquali honore unà cum patre ho-  
noramus, & hoc idcirco quia Christus  
cum Deo patre unus est Deus. Huius  
generis unitatem tu nusquā inuenies.  
Quod autem in 17. cap. est, fideles unū  
esse, sicut pater in filio, et filius in patre.  
Deus fidelibus suis hanc dignitatem  
dat, eamq; ex gratia, ut ex gratia id sint,  
quod Christus à natura est, adoptionis  
scilicet filij: & sicuti Deus pater per fili-  
um cognitus est, quandoquidem filius  
in

in operibus uirtutem & potentiam patris reuelauit: sic postea fideles, quia in his habitat gratia Christi, quæ & ipsa operatur opera Christi, gloria et potentia Christi in fidelibus, necessario cognoscitur, in huiusmodi dignitate unum sunt. At hic nō scribitur fidelem æquali honore cum Deo honorandū. Nec sequitur: Deus in cœlis est, in cœlis uiuit, in cœlis laudatur & benedicitur, ideo cœli inuocādi sunt, siue sint spirituales, siue corporales cœli, qui enarrant gloriam Dei.

Est sanè Christus in omnibus fidelibus, & in eis cognitionem Dei operatur, ut ipsi unius Spiritus & fidei sint. At hoc Deus fidelibus non dedit, ut ipsi uerus Deus sint, sicuti Christus est. Nec hoc Christus suis amicis Apostolis dedit, ut ipsi sint mediatores, aut intercessores, atq; adeò Christus ipse. Et ita Faber, si gloriam Christi quæreret, belle deprehenderet, quare sancti non sint inuocandi: Nā hæc est gloria Christi



342 DE INVOCAT. SANCTORVM  
fii. Cæterum si glossulam addere uult  
ad id quod est ad Timotheũ: unus me-  
diator est Dei & hominum, deberet  
quoq; affingere, quo huius glossulam  
probaret. Nam adhuc ne unam quidẽ  
literam Scripturæ habet pro se.

Alij adhuc unam sententiam in me-  
diũ adducunt ex 1. Moyfi cap. 48. quã  
& in Disputatione Badensi ad suũ in-  
stitutum obtorto (quod aiũt) collo tra-  
hebant. Quia scriptum sit Iacobum di-  
xisse de Manasse & Ephraim, Super  
eos inuocetur nomen meum, & nomi-  
na patrum meorum, Abraham, & Isa-  
ac. Quibus tum responsum est, quod  
modos loquendi in lingua Hebraica  
non intelligant. Nam in eo loco, & in  
alijs locis tantum est nomen inuocari,  
ac nomine gaudere, et nomẽ recipere,  
sicuti est Esa. 4. Apprehendent 7. mu-  
lieres, uirum unum, & dicent: Panem  
nostrum manducabimus, & uestibus  
nostris operiemur, tantummodo inuo-  
cet nomen tuũ super nos, Hoc est, tan-  
tum-

tum modo gaudeamus nomine tuo, et uxores tuae appellemur. Sic in libris uestris bona fide translātū est in Moyse in eo loco, quē modo posui: ut meo nomine, & nomine patrum meorum Abrahā & Isaac uocentur. Quod omnino non spectat ad eorum inuocationem: aut indicent, ubi scriptū sit, quod quisquam sic orauerit: Abraham ora pro Ephraim, aut, Isaac ora pro Manasse. Hinc bene uidere potestis, quod nullo fundamento nixi loquantur, scribant, iudicent, & condemnent.

Et ut tandem finiam, ne uos puteis, quod nos sanctos ipsos ignominia afficiamus, notate quis honor eis, & quae uoluptas eis sit maxima. Obseruate quid Dominus Deus in eis, et per eos operatus sit, quod perseverauerunt in fide erga Deum, impenderunt corpus & facultates suas, & quicquid habebant, quantiquanti erant, propter gloriam & charitatem Dei. In eis nō erat tanta *n̄ a uisio*, tanta arrogantia, tanta

344 DE INVOCAT. SANCTORVM  
avaritia, tantū odium, & inuidia, tan-  
tus cōtemptus, & irrisio. Sed charitas,  
tolerantia, pax, temperātia, modestia,  
mansuetudo, humanitas, & intimum  
desiderium Hierusalem ædificandi, &  
numerum eius complendi, hoc deside-  
rium etiamnum in eis perseuerat. Vbi  
itaq; nos per fidem, & charitatē in cō-  
munionem sanctorum permanserimus,  
erimus & nos conciuēs in eorum ciui-  
tate, imò simul membra, & cohæredes  
Christi. Hoc est illud ipsissimū, quod  
Mariæ, & sanctis, atque adeo Deo ipsi  
gratissimum erit, qui suam gratiam &  
fauorem ad hoc largiri dignetur per  
Christum, Amen.

Con-

CONCIO AD ADOLESCENTES,  
 & puellas quum sacramenta corpo-  
 ris & sanguinis Domini erant per-  
 cepturi, ualde utilis & necessaria,  
 cum expositione symboli Apo-  
 stolici, Ioan. Oecolam-  
 padio autore.



QUOD iam pueris et ine-  
 ruditis, qui lacte opus  
 habent non solido ci-  
 bo, dicturus sum, id se-  
 nes et doctrina Euan-  
 gelij initiati in domi-  
 bus proprijs summa diligentia exerce-  
 ant, ne frustra ego uerba faciã. Dome-  
 stica enim institutio, eaq; sedula multũ  
 ponderis habet, & ecclesiã Christiane  
 necessaria res, quam si negligimus, ut  
 hætenus pro dolor, conciones nostre,  
 quantũuis doctæ & piæ, parum in pe-  
 ctoribus puerorũ adhærebunt, quorũ  
 sensus uagi, et ad leuia proniores, q̃ ad  
 seria. Nam pauci, quæ salutis sunt, cu-  
 rant,

curant, nisi in timore Dñi instituantur a cunabulis. Alloquor autē iā uos puellōs, qui Christo nomē dedistis in baptifmo, parentes uestri, sint adhuc in uiuis an mortui, bono & Christiano animo uos sacramēto baptismi ecclesie Christianae obtulerūt, ut mūdo & peccatis moriamini. Cogitate quare Deus uobis uitā illā dederit, nō ut solū hic uiuat, et ingētes diuitias cōgregetis, sed ut regni cœlorū participes sitis. Quod solū assequūtur timētes Deū, & operātes iustitiā. Si male uixerimus, et in uia peccatorū cucurrerimus, cōmuni more iuuenū et puellarū, æterna dānatio dabitur & ignis perpetuus, quia Dñs iustus est iudex. Nec hoc prætereundū, quod in cœlo gaudiū perpetuū cum angelis, et omnib. sanctis, si in præceptis Dei ambulaueritis, nāciscemini. Si autē iniquitates & peccata innumera perpetraueritis, nihil aliud quā ignis perpetuus cū diabolo uobis dabitur. Adolescētes ex præcepto Dei parentib. uestris obedire

dire in omnibus tenemini exceptis ijs,  
 quę ad salutē animę spectāt, aliās si ob  
 sequamini, nullam excusationē apud  
 Deū habebitis. Deo primus honor de-  
 bet, alter parentib. Quid utilitatis acq-  
 reres, si parētes tibi fauerēt, omniū bo-  
 norū heredē constituerēt, in delicijs fo-  
 uerēt, & Dei gratiā, absq; qua nulla sa-  
 lus, amitteres: Nihil nocētius & dāna-  
 bilius. Est agrū uelle possidere plenū  
 sentibus & tribulis, et regnū totius mū-  
 di cōtemnere. Dñs tandē & illos inue-  
 niet, quando iudicaturus est mūdum.  
 Ferē pueri & adolescētes multitudinē  
 populi sequātur, nullū discrimē habē-  
 tes inter bonū & malū, quorū animus  
 diuina aut nescit, aut cōtemnit. Verbo  
 Domini uos obedite in primis, & illud  
 diligenter audite & assiduo. Et si parē-  
 tes ob id irascantur & fremant, plus a-  
 nimo insideat, ne patrem cœlestem ad  
 irā cōmoueat, qui corpus et animā in  
 infernū detrudit, q̄ parentes carnales,  
 qui solū in externis possūt incōmodare

Vter

Vter igitur magis extimescendus, Deus qui omnia potest, quiq; cœlestia bona promisit, an parentes, qui solū terrena dant, quę hostib. exposita sūt, & breui momento amittūtur? Certè Deus. Scio tanq; ungues meos parentes aliquos, q̄ omnino cauēt, ne pueri illorū audiant uerbū Dei. O stulti & peruersi homines, indigni Christiano nomīne. Necessè est omnē hominē aliquo Deo inseruire, igit̄ aut Deo cœli & terrę cōditori, aut Diabolo, hosti humani generis inseruias cōsequēs est. Sic Christus Saluator noster dicit, qđ nemo possit duob. Dominis seruire. Qui Deo nolūt seruire, satanæ inseruiūt: & omnes satanæ ministri sunt, qui Christianā uitam nō gerunt. Hoc ipso cū Christianorū pueri baptizant̄, satanę operib. ut abrenunciēt, admonētur, sicq; spondent se Christiane uelle deinceps, si uita cōcedatur, uiuere, & audire quę Deus præcipiat, & p̄mittat, idq; factis præstare, si uero qđ prohibeat, id cauere. Neq; aliud uotū Deo gratius, Periuri estis, si

hoc uotū in uentū abigitis. Ne dicas, ego nihil promisi in baptismo. Parētes et susceptores è lauacro id nomine tuo promiserūt, quos etiā hortor et moneo, ut insistant, quo huic uoto satisfiat. Magnū fuit pietatis officiū, si puer cœnobio alicui se adstrinxisset, in seruitium cultus Dei, et perpetuā paupertatē. Verū nisi ille cti essent promissis et mira astutia, nunq̄ hanc laruā malorū subiissent, perpetuò se uoto obstringētes, cū nihil minus in cœnobijs inuentū sit, q̄ uerus Dei cultus. Puerorū maior pars nescit quid sit Deus, quid satan, qd bonū, quid malū, idq̄ firmiter credo. Neque talis Deus, uel satā, quē admodū pictores in tabellas, aut parietes pingūt. Si nōstī, quomodo Deus misericors sit, *Deus* benignus, mitis, māsuetus, lōganimis, *quid.* patiens, iustus, &c. uerē Deū agnoscis, per illas enim res propriē, quid sit Deus discimus. Ecōtrariò satā nihil aliud est, *Satan.* q̄ immisericordia, odiū, inuidia, homicidiū, mendaciū, irrisio proximi, et omne



ne malū. Itē, hi sunt filij Dei, qui in uir-  
tutib, innocētia, misericordia, pietate,  
charitate nō ficta, Deū sequunt. Hi au-  
tē filij satanę, qui mēdaces sūt, crudeles  
immisericordes, parentib, immorigerib,  
periuri, qui Deo obsequunt, ea que Deo  
placēt, sedulo peragūt, qui satanę in ser-  
uiunt, quę illi placēt, student. Vis iam  
Deo inseruire? in Christū præcipuē uer-  
te oculos mētis tuę, sis iustus, benign⁹,  
mitis, uerus, fidelis. Abrenūciasti in ba-  
ptismo satanę operibus, quę nā illius  
opera, dicā paucis. Homīnib, male lo-  
qui, alios irridere, et contēnere, uiduas  
subsannare & senes, nullā reuerentiā  
exhibere parentib, & præcipuō uerbū  
Dei cōtēnere, nomē Dei blasphemare.  
Mundani homines pōposē incedunt,  
laceratis caligis quasi perpetuē uictu-  
ri, ludūt, pergræcant, choreas impudi-  
cē ducūt, de una platea ad aliā cursitāt  
per totā noctē, quietē senibus & infir-  
mis inuidētes suis clamoribus. Paren-  
tū præcepta negligūt, quicquid illi dicūt,  
pro ludo habēt, imò quod dolendū est.

maior pars illorū nescit orare Domini-  
 cā orationē absolutē, & si sciunt, tamē  
 uis uerborū illis abscondita est. Murmu-  
 rāt preces illas, sicut nōnāe hacten<sup>o</sup> psal-  
 terij carmina susurrarūt. Pueri autem  
 Christo seruiētes et penitus addicti, his  
 turpissimis peccatis nō polluunt. Ni-  
 hil uobis in pietate et religiōe uera im-  
 pedimēto sint, hi q̄ turpiter et nequiter  
 uitā hāc breuē transigūt, sint uel sacer-  
 dotes, uel laici. Superbia enim et fastus  
 huius mundi, Deo nunq̄ placuerunt.  
 Arrident, ut palā est, illa adolescentib.  
 quę nondū suę rationis sūt magistri, q̄  
 q̄ nō cogitāt uitæ exitū. Vanitas est &  
 seductio, ludere, bibere, belligerare, o-  
 tiari. O q̄ possimē iuuētus nostra insti-  
 tuta est à teneris. Videmus fructus iam  
 in senibus parū Christianos. Quēad-  
 modum primis parentib. in Paradiso,  
 omniū deliciarū horto, pomū esus inhi-  
 bitus à Deo, ut in illū ante omnia respi-  
 cerēt. quū autē gustarūt pomū, suasu di-  
 aboli inciderūt in nō dicēdas miserias,  
 quibus adhuc hodie omnes premimur.

Sic & res puerorū habent, qui putant mundi gloriā multa iucūda & delectabilia habere, & nihil esse quā mel dulce cū præsentissimū uenenū hic lateat, & dānatio perpetua. Neq; honesta gaudia, neq; exercitationes corporales quæ cū decoro fiunt, prohibita esse uolumus. Verū satan adolescētes & puellas, si ei acquiescūt, miris astutijs & oblectamētis seducit, ab omniq; bono auertit, ut perditū homines existāt, ut sine timore Domini uiuāt, ut pudicitia, quæ singulare decus puellarū est, abijciāt, adeo ut nihil curēt Deū, ueritatē, iustitiā, probitatem, honestatē, & alias uirtutes. Inde autē uenit maior perditio illorū, qd̄ audire uerbū Dei nolūt, nec ad id à parentibus cōpelluntur, & ducunt. O parentes, nescitis qualis cura humeris uestris sit imposita? O pueri, quando qd̄ in baptismo uestri causa promissū sit cogitatis? Nō cōtēnenda sūt, dico uobis, quæ Dño pmittunt: requirit ille fidē nostrā, et perfidos puniturus est crudelissime.

Domini

Dominus duas vias nobis demon-  
 stravit. Vna ad vitam, altera ad interi-  
 tum ducit, arrigite aures o pueri Dei.  
 Vna aspera est, spinis plena & senti-  
 bus, quam pauci vadunt, si autem in-  
 gressus fueris, plana erit et iucunda, ad  
 vitam aeternam ducens. Altera primo  
 delectabilis apparet, quasi ad omnia  
 bona uehens, quum autem ad finem uen-  
 tum fuerit, precipitat nos ad infernas  
 habitationes, ubi satan & mali spiri-  
 tus inclusi sunt, & ad iudicium seruan-  
 tur. Ita loquitur Christus Matth. 7. In-  
 troite per arctam portam, quoniam la-  
 ta est porta, & spaciofa uia, quae abdu-  
 cit in exitium, multiq; sunt, qui ingre-  
 diuntur per illam. Quoniam angusta  
 est porta & stricta uia, quae abducit ad  
 vitam, & pauci sunt, qui inueniunt il-  
 lam. In arcta uia est Christianorum ho-  
 minum uita, in qua se in seculi huius  
 perturbationibus exercet, nec cessant,  
 neq; quiescunt, donec ad optatum lo-  
 cum ueniant. Dicunt quidam, an non

354 CONTRA. IN PSAL, CXXXVII  
confodalibus, qui mihi notissimi sunt,  
adherebo, aut cū uicinīs gaudeā, an nō  
cōuiuabor semel aut bis in hebdoma-  
da cū illis? Cartusianus monachus esse  
nolo. Quis hanc præscriptā regulā ser-  
uabit? homines sumus. Audi consiliū  
meum, quia scio, quæ solet mūdus obij-  
cere, & obedi uerbo Dei, senties breui  
rē illam & doctrinā, quæ iam maximē  
displicet, iucundā tibi fore, & gratissi-  
mā facilēq; factū. Dubito minime, gra-  
tias mihi ingētes ages, qđ te ab hoc ma-  
lo liberauerim meo consilio. Optarim  
uobis adolescētibus oculos ad cōtuen-  
dū, qualem nā finem quidam sortirent,  
hic bene potus, & insanus interficitur,  
ille membro aliquo mutilat, hic bellis  
adheret etiā iniustis, cōtra datum iura-  
mentū, ob uilē pecuniolā, & miserē tru-  
cidatur, more bestiarū, alter laqueo su-  
spenditur ob leuē causam. Et quis enu-  
merare genera mortiuū posset, quibus  
hi, qui & Deo et parentibus inobedien-  
tes sūt, occubuerūt? Nō opus ullo exē-  
plo,

plo, quum quotidie uideamus, quem  
 uitæ finem hi nebulones habeant. Eo  
 etiam modo alloquor puellas. Salaces  
 sunt, socias habent petulantiores hir-  
 cis. derident quemuis adolescentē, im-  
 pudicis cantilenis sese exercēt. Quædā  
 pueros occultē pariūt, et tunc aut pub-  
 lica scorta fiunt, aut ad pauperiem redi-  
 guntur, cum ita contemnuntur, ut mi-  
 seræ perpetuo sint. Quis probus iuue-  
 nis tam petulans animal in consortiū  
 coniugale flagitaret? In uestitu quem  
 sumptum habent, bone Deus, pauper  
 culæ puellæ? gentes non admisissent  
 hanc superbiam in uestimentis. Deū  
 igitur discite timere, et uerbum eius ex  
 corde audite quotidie summo mane,  
 & Dominica die. Neq; tristitia uos affi-  
 ciat o Christiani pueri, si contemnamini  
 ab alijs ob Dei cultum, Domino id  
 summe placet, satis nobis erit Domi-  
 no uiuere et mori. Cogitate poti<sup>o</sup>, quo-  
 modo illum sequamini, & egregie cō-  
 temnite hoc leue hominū genus, hos

infignes nebulones, qui nihil norunt, quàm conuiuari, ludere, & plateas terere, quo uideantur ab alijs. Idem sit dictum puellulis. Si hic longa conceditur uita, & illam in omnibus lasciujs consumimus, alibi in ignem proijcietur perpetuū. Hieremias dicit Threnorum cap. 3. Bonum est uiro, si portet iugum in adolescentia sua. Et bonū uiro, si erudierit animam suam ad ferendum iugum præceptorū in pueritia sua. Si Deo inseruerimus, tentationum mare mox tranquillum erit, quia Dominus suos nequaquē destituit. Senes qui à Deo per uerbum Euangelij illuminati, norunt quæ dico, & ex toto corde conqueruntur suam miseriam, in qua nati et educati sunt. O si talia de Deo & eius Euangelio, inquit, audissemus, qualia iam, Deo sit laus, audimus, in iram Dei nunquam incidissemus. Pueri arboribus comparantur tenellis, ad omnem flexuram aptis, si debito tempore plantantur, cum autem arbor

arbor iam senuerit, omnis labor fru-  
 straneus erit, citiusq; frangeres illam,  
 q̄ aliò flecteres, quum iā natura sua fer-  
 tur. Id uiderè etiā est in irrationalibus  
 animalculis. Si leo hominibus cohabi-  
 rat, mansuetus & cicur fit. Eadē res est  
 cum pueris. Mala consuetudo multū  
 facit ad prauā uitā. Verba impudica  
 loqui & leuia, indicium est peruersi-  
 cordis. Vos maiorem curam, quā  
 hactenus adhibete, sollicitè cogitan-  
 do quibus cum uestri habitēt, & quid  
 loquantur, hęcq; cura & sollicitudo  
 Christianum populum faceret. Pueri  
 aequè Dei sunt, ac si uncti essent in sa-  
 crificulos, uel intrusi in cœnobiaz mo-  
 nastica. Animo profundo insideat, &  
 exhorresce, si in ira Dei es, poteris ne  
 quiete ac securè dormire? Crux est bo-  
 no uiro, si cum proximo inimicitie in-  
 tercedunt. Et ingenuus puer, si parens  
 excandescit in illum, ob facinus ali-  
 quod, nescit quò abeat, ut iram illius  
 declinet, uel tentat omnia, blandiēdo,



uel lachrimando, quo patri reconcilie  
tur. Quanto magis cogitandū, & om-  
nia tentanda, quo patri cœlesti recon-  
ciliemur, quem toties omni hora offen-  
dimus, qui dedit corpus & animam?  
Modicum dant parentes carnales, si  
ad ea, quæ à Deo liberali dono accepi-  
mus, cōtulerimus. Deus pater puniuit  
semel totum mundum aquis diluuij,  
exceptis octo personis, quas incolu-  
mes à corruptione aquarū in arca ser-  
uauit ex mera gratia. Sodomā & Go-  
morrham cum alijs ciuitatibus igne  
combussit cœlesti. Multa milia homi-  
num varijs in bellis desiderata sunt.  
Quis illum Dominum non timeret?  
Tardus est ad iram, pœnitentiæ tem-  
pus cōcedit in multos annos. Prophe-  
tas suos mittit, qui iram & pœnam im-  
minentem prenuncient. Si autem ho-  
mo peior ex assidujs admonitionibus  
fit, pœnam infliget, quam non expe-  
ctabamus. Nescimus terminum uitæ,  
mors obrepit, quū in medijs uolupta-  
tibus

tibus uolutamur. Nemo literas habet, quot annos uicturus sit. Cur igitur Deo non obedimus, & à peccatis, quæ animam damnant, desistimus? Fallunt se multi, quum occultè peccent, putantes Deum sua uitia nescire. Si in tenebroso nemore ambulares & in deserto, in quo rarissime homines uidentur, nihilominus Deum non laterent tua opera. Cauete ab illius ira quæ sequissima est, proni etenim omnes sumus in uaria uitia, quibus Deus exacerbat. Operamini bonum, Deo placens. Nam duo hæc simul perpetuo coherent, à peccatis cessare, & operibus charitatis insistere. Si à peccatis non cessauerimus, neque aliquid boni faciemus, saltem quod Deo placeat.

Interrogemus iam pueros, quam fidem profiteris, eam ne, quam apostolica ecclesia nobis tradidit? Dic mihi fidei articulos. Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorē cœli & terræ, & c. Pueri hoc fidei summarium

exactissime teneat, & non solum ore  
 proferat, sed potius corde, ut omnem  
 fiduciam in Deum creatorem conij-  
 ciat, quod illum uelit & possit defende-  
 re. Hoc est, Deus omnia creauit, coelū  
 & terram, uisibilia & inuisibilia. Om-  
 nia quæ esse habent, à Deo sunt, quia  
 sine ipso factū est nihil. Frumentum,  
 uinum, oleum, lana, & quicquid ul-  
 quam extrat. imò & angeli à Deo sunt.  
 Hic cogitandū, hæc omnia nostri cau-  
 sa esse condita. O quàm misericors pa-  
 ter est, qui talia nobis indignis concessit.  
 Quid deinceps non dabit, quidue  
 negabit filijs suis? Senibus & aliquò  
 progressis in fide mysteria Trinitatis  
 elucidanda sunt, quanta fragilitas hu-  
 mana percipit. Unus est Deus, qui  
 omnia fecit, tam ea quæ in coelis, quàm  
 quæ in terris. Si in Deum confidis, cer-  
 tus sis, satanam tibi nocere non posse,  
 taceo hominem sceleratissimum. Cre-  
 dere autem est firmam fiduciā in Deū  
 habere, & omnem spem in illum col-  
 locare

Credere

locare, sepositis omnibus creaturis, hocq̄ facit ut Deū uere diligamus, ali-  
as fictus erit amor & falsus. Sequitur,

Et in Iesum Christū filium eius uni-  
genitū) Homines in uniuersum erant  
damnati propter peccata omnigena,  
sed Christus sustulit peccata in hume-  
ros suos, pro nobis satisfaciens patri, et  
liberans à morte æterna, ut iam Chri-  
sto uiuamus. Qui hoc credit, honeste,  
& secundū Dei præcepta uitam suam  
instituet, a motis uitijs, quantum po-  
test. Nulla res odiosior apud Christia-  
nos, quàm peccatum. Deus Adam &  
Euam primos nostros parentes crea-  
uerat, & in paradisum posuerat, man-  
datum tenue dans, quod prætergres-  
si, calliditate satanæ decepti, à quibus  
nos originem habemus. Scitis quid illi  
egerint, quidq̄ illis acciderit, hæc con-  
tagio & nobis quoq̄ adhæret & inna-  
ta est. Quis non hoc in seipso quotidie  
experitur, præcipue, ut clarum est, hic  
morbus in pueris erumpit paulatim.

Incipiunt enim mentiri, furari, leues esse, parentibus respondere, Deum non timere, quicquid illis dicatur. Si illa erumpere uidemus, uirgis & plagis in tempore occurrendum, ne morbus inualeat, alias uires augmentabit, & oleum camino addet, donec totus homo ueneno isto imbuatur. Acquirunt sic (si se se non emendauerint, restiterintque primis plantis) sibi æternam damnationem. Nemo tam iuuenili ætate est, qui non mox sentiat & intelligat, quid bonum, quid malum. Nam hæc lex naturæ omnibus inscripta est, Quod tibi uis fieri, alteri etiam feceris. Nihil in his, quibus ratio, & sanior intellectus est, intermittamus, ne se à teneris satanæ mancipent. Admoneo hic pueros, si uideritis parètes uestros in audiendo uerbo Dei neglectissimos, ne illis similes efficiamini. Ratio Domino est reddenda, & quisque pro se. Diligite uos assiduo conciones adire & audire, Dominus gratiam dabit uberem  
in

in sui agnitione, & aditus ad omnes  
virtutes sic patebit. Dominus custodi  
et uos ab omnibus, quibus uerbum  
Dei est contemptui.

Quare Christus mortuus est: ut nos  
ab æterna morte redimeret. Dilectio  
Dei immensa, filio suo unigenito non  
pepercit, sed pro nobis omnibus illum  
in mortem acerbissimam dedit, ut qui  
credit in eum, non pereat, sed habeat  
uitam æternam. Diligamus igitur eum,  
et colamus debito honore, ob tanta be-  
neficia. Quæ maior dilectio potuisset  
esse o puelli dilectissimi? Si in foueam  
aquis plenam cecidisses, & ab ignoto  
extrahereris, si morti iam uicinus, ut om-  
nes de te actum esse dicerent, et iterum  
sanitatem recuperares per docti medi-  
ci curam, satis gratitudinem ostende-  
re non posses scio, ob tam ingens benefi-  
cium acceptum. Multo maiora beneficia à  
Christo accepimus, qui nos è faucibus  
satanae eripuit, ab inferno liberauit, ui-  
tam æternam promisit, & angelorum  
gaudia.

gaudio . O chare puer , dic in animo tuo , in æternum nō peccabo , cum tam fœda & abominabilis res sit peccatū . Imò , si mille mortibus urgereris , in peccatum consentire non deberes . Christus fuit filius Dei , antequam coelū & terra conderetur , & præfixo tempore à patre , homo factus est , absq; omni labe peccati , conuersatus nobiscū in terris , & tandē passus pro peccatis totius mūdi . Discite pueri patientiā . Christus crucē baiulauit in humeris suis , Christus inquā sanguinolētus , a lapis perculsus , flagellatus , et coronatus spinis . Vestra membra mortificate in tēpore , ne malū innascatur , et tandem cum uestro maximo damno erumpat . Sequitur in symbolo apostolico .

Tertia die resurrexit à mortuis , ascendit , & c . Auscultate pueri & senes , ne illa uerba murmuretis absq; intellectu . Aurea sunt , & digna ut in corda omnium scribātur digito Dei . Resurrexit Christus à mortuis , et nos resurgemus .  
Dubitas

Dubitas corpus tuum à mortuis resur-  
 rectorum? Christus id dixit, qui mentiri  
 nescit. Sedet ad dexteram Dei patris, in-  
 de uenturus, malis poenam inflicturus,  
 pijs autem premia caelum ipsum daturus.  
 Omnia tradita sunt ei à patre in manus  
 suas. Quanquam nos adhuc in terris  
 simus, fragili corpore praediti, tamen  
 futura gaudia, nobis per Christum pro-  
 missa expectamus. Et quibus nam illa  
 promissit: Illis, qui piam & honestam ui-  
 tam post agnitam ueritatem ducunt,  
 qui in hoc seculo multa incommoda  
 sustinent. Quia qui pie uiuere uolunt  
 in Christo Iesu, persecutionem pati-  
 entur. Quum autem Dominus id praedi-  
 xerit, molestum non sit, quantumuis multa  
 & uaria patiamur propter nominis il-  
 lius glorificationem. Necesse si Domino  
 potenti, uel regi alicui inseruiturus es,  
 multa pericula subeas, labores inex-  
 haustos insumes, frigus sentias, quo  
 aliquid lucelli accedat sorti tuae. Domi-  
 no potius inseruias, de premio dubita-  
 mi-



minime, quia promisit illa se daturum  
in aeterna patria.

Credo in Spiritum sanctum) Qui  
docuit et docet omnes fideles ueritatē,  
quam Christus nobis prædicauit. O-  
peratio autem illius, ut mundus cum  
suis cōcupiscentijs nobis uilescat. A-  
dolescentes uos hic admoneo, cū ma-  
li cogitatus diu in cordibus uestris per-  
manent, certo sciatis satanā adesse, qui  
hunc ignem exufflet. Eijcite illum per  
orationē & eleemosynam. Spiritus bo-  
nus memoriā æternorum honorū in-  
stillat, & omne bonum, ne malum lo-  
cum habeat. Si pigri sumus & socor-  
des, cum à benigno patre uocamur ad  
cœlestes epulas, bene agit et optimo iu-  
re, si gratiam oblatā reuocat, quā uber-  
rim nobis mera sua clementia dederat.  
Digni enim sumus multis uerberibus,  
plagis & percussionibus, si post agni-  
tam gratiam relabimur in pristina pec-  
cata. Incessus uester displicet maximē,  
uestes scissæ, hinc inde fluentes, indi-  
cant

cant animum malefanū. Superbi estis  
et inflati, senibus nullam reuerentiam  
exhibentes, Spiritus sanctus id uos nō  
docet. Cur illius adflatum negligitis?  
Indicite bellum satanæ cū pompa sua,  
idēq; orationibus assiduis. Resistite uti-  
tjjs, quæ in uobis succrescunt. O pue-  
ri dilecti, discite libenter orare oratio-  
nem Dominicam, tunc in egregios ui-  
ros euadetis, reipublicę nostræ ingens  
decus, et Christianæ religioni ornāmē-  
tum. Fugite ab illorum consortio, quo-  
rum animus ardet ad perpetrandum  
malum. Hi sunt uiri mali ac peruersi,  
qui totis uiribus conantur, ueritatem  
opprimere, morib<sup>9</sup>, cōsilijs & uita, quā  
tamen non possunt euertere, etsi parū  
illam obscurent, sed in pectoribus illo-  
rum, qui mendacijs gaudent. Deus  
est misericors & benignus, illum itaq;  
inuocate per Christum. Et ne gratiam  
Dei collatā spreueritis more quorun-  
dam insanientium adolescentulorum,  
qui male sibi & hic & in futuro consu-  
lunt

lunt. Amittent breui florem iuuentutis, & ipsam uitam, & recolligent in animo quidnam egerint.

Credo ecclesiam catholicam) Omnium qui unquam fuerunt, tam ante Prophetas, quam post Apostolos, una est fides: & ecclesia uniuersalis, uno in loco iam non est, sed orbem terrarum Christiani incolunt sparsim. Ne fallamini, quasi solummodo Christiana ecclesia sit, quæ sub papa impio militat. Dominus ubique suos habet. Ecclesia autem uera habet uerbum Dei, uetus & nouum Testamentum, habet sacramenta, baptismum & eucharistiam. Si quid contra doctrinam Euangelij ab aliquo, quantumuis sancto, uel dicitur, uel scribitur, sit tibi tanquam anathema. Si papistæ docent Dei cultum et honorem si dignitatem Christi, sequere & amplectere illam doctrinam, sin aliter, hoc est sua somnia & traditiones, fuge ocius, ne aliquid fermenti adhereat. Neque facile illis credas, qui dicunt,

dicunt, Patres & Episcopi cū tota ecclesia, in Spiritu sancto congregata id constituerunt, cum tamen contra uerbum Dei apertissimè pugnet, ergo nemo contradicat sub pœna æternæ damnationis. Valeant cum suis natijs, quibus totum orbem dementarunt multo tempore. Pueri discant & ediscant uerbum Dei, tunc iudicare de fide & uerbo Domini possunt, & non facile à Dei doctrina deflectent. Oues Christi uocem eius audiunt, & sequuntur, quocunq; duxerit.

Remissionem peccatorum) Quidam fuerunt hæreticorum, qui remissionem peccatorū negarunt, & nescio qd nocētis doctrinæ è capite suo effinxerint. Abeāt & hi cū suis erroribus, Christus peccatores ad se quotidie uocat, emendatio uitæ prædicatur omnibus, ut remissionem omnium scelerū assequantur. Ne solliciti sitis de confessione auriculari, Domino quotidie & omni hora peccata uestra confitemi-

A ni,

ni, quæ ipse solus delet. Curam agite uos patres seruorum et ancillarum, ne per anni spacium adeo turpiter et sine timore Dei uiuant, hoc Deo gratissimū erit. Conciones matutinas audiāt, in quibus Dei agnitionem haurient, quæ initium erit uitæ honestæ. Remittite omnem inuidiam & odium, tunc pater uester cœlestis remittet & uobis peccata uestra. Habemus remissionē peccatorum, ubinam? In cruce, quando Christus passus est pro peccatis nostris, imò totius mundi. Ne credatis autem illis peccata esse remissa, qui scelerate & impure uiuunt. Absit, ut illi in Christū credāt, quia cor impurū habēt & plenum spurcitie. Neq; aliquis offendatur, si quid graue ferendum in mundo ob iustitiam Dei & gloriam. Habemus promissionem de carnis nostre resurrectione, de qua fidelis dubitat minime, sed nihil certius nouit, quam post hanc, aliam esse meliorem & beatiorē uitam.

Hæc

Hæc est fides nostra, quam ab in-  
 unte ætate edocti sumus, quamq̃ om-  
 nes Christiani profitentur, neque aliã  
 docemus, quicquid de nobis nugen-  
 tur papistici. Si illa uiua in uobis fue-  
 rit, opera sua producet. Quid facit ba-  
 ptismus, emundat nos suo modo à pec-  
 catis. Et sicut aqua mundat corpus, ita  
 & uerbum Dei mundat animam. Vi-  
 tam maculatam & peccatis plenam ab-  
 horreamus, si Christiani ueri esse uolu-  
 mus. Quamquam pronitas peccandi  
 adsit, quæ, si in Dominum speraueri-  
 mus, per ipsius gratiam tollitur. Ore-  
 mus sedulo, ut gloria Dei nostri pro-  
 gressum habeat, regnumq̃ illud am-  
 plietur in omnes fines terræ, rumpenti-  
 bus impijs. Oratio autem nostra fiat se-  
 cundum Dei uoluntatem, quæ bona  
 est, nobisq̃ ualde utilis. Dic, O pater  
 sancte auxiliare infirmitatibus no-  
 stris, ignosce peccatis uarijs, da fidem  
 rectam, ad omne opus, quod tua uo-  
 luntas requirit. Libera nos à malo, hoc

est satana, ne suum in nobis habeat imperium. In hac Dominica oratione exercitia uestra sint. Seponite libellulos precum impiarum, quorum mundus plenus est. Neque similes hypocritis sitis, quibus nihil amœnius et dulcius, quàm suas preces iactare coram alijs, quiq; in angulis platearum stant, quo uideantur ab hostibus, qui suam mercedem habent, nihil enim à Deo expectent præmij, Matth. 6.

Coronidem addere uobis utile, & admodum necessarium, cum iam horæ tempus elapsum sit. Oro atque obtestor uos patres per Dominum nostrum Iesum Christum, ut exemplum Christianum in edibus uestris pueris et familiaritio præbeat, probate corda uestra, percepturi sacramenta. Si Christianam uitam infidet animo deinceps ducere, adsitis hilari animo, sin minus, procul fugite, aut rei corporis & sanguinis Domini eritis. Aut si more consueto. post festum paschale, de pago ad pagum trans-

transcurrere, more insipientium constituitis, pristinos mores renouaturi cum poculis & scortis, sciatis uos damnationem suscepisse. Tu pater, queso, ista & urge filium tuum aut famulum, ut huc non ueniat, mensam Dominicam deonestaturus, & sibi iudicium sumpturus. Non unius diei est negotium, sed quoad uiuimus, nolumus papistico more conuiuas sacratissimam mensam dominicam habere. Valeant papistae cum suis erroribus. Non parua res corporis & sanguinis Domini sumptio. In hoc cardo rei uersatur, ut nouam uitam uiuamus, relicta pristina peccatrice. Ex fide non ficta omnia profluant, & res se bene habebunt, hic & in futuro seculo. Et hi, quemcunque uiderint Deum colentem, summo amore complectuntur. Si hanc charitatis regulam imitemur, ut proximum aequae diligeremus atque nos, & hostibus bene precaremur, tunc Dominus de nobis gaudium precipuum habe-



ret. Nec solum in uerbo consistit Christiana uita, sed in factis & operibus, alias Christi nomen male audit apud infideles. Dominus sua gratia mentes omnium illustret, quo nihil non fiat in eius gloriam & ædificationem ecclesiæ catholicæ,  
Amen.

DE SACERDOTIS, CVIVS NOMEN  
*ob Nobilem quendam, qui adhuc ui-  
 uit, silebo, morte indigna,*  
*Anno 1525.*



**S**Acerdos uerè episcopa-  
 lis homo, et ipsa humani-  
 tas liberalitasq; in rusti-  
 ca seditione, nescio quid  
 designarit, leuiculā rem  
 dicunt esse, qui eum nouerant, quia  
 principis animū, apud quem magna  
 dignitate et autoritate degebat, exacer-  
 barat, non factō aliquo digno morte,  
 sed dicto acerbiusculo, ad laqueum  
 condemnatus. Sententia itaq; lata, mit-  
 titur ad eum nobilis quidam satis cru-  
 delis, satis immanis, cū seruis aliquot,  
 ut nulla accepta satisfactiōe, eum sus-  
 penderet. Intrarunt missi in ædes sa-  
 cerdotis, salutarunt hominē familiari-  
 ter ridenti ore, tanquam hospites opti-  
 mi ac grati. Nā illius domus hospitij  
 florens hominū nobilissimorum & to  
 A 4 tius

cius uiscinitatis . Iussus aliquid edulij  
adornare, se mox prandio peracto abi-  
turos , grato animo se id facere dixit.  
Et parauit ilico conuiuium ualde opi-  
parum. Comederunt, & hilaritate mul-  
ta prandium illud honestarunt. Ab-  
sumpto cibo, Nobilis dixit ad seruos,  
sacerdote mensę adhuc accumbēte, &  
nihil mali suspicante, Suspēdite sacer-  
dotem illū, hospitem nostrū, idq; mox  
perficite, dignus enim laqueo ob sce-  
lus contra principem suū perpetratū.  
Abhorruerunt serui ab isto facinore.  
Hoc absit procul à nobis, inquit, ut  
illum, qui nos ita splēdide tractauit, la-  
queo perdamus, illius enim cibum ad-  
huc in stomacho gerimus indigestum.  
Impium profecto esset factum Nobili  
uiro, pro beneficio reddere maleficiū,  
imò uitam abrumpere innocētī. Pec-  
unia fortunisq; illius cōtenti simus, san-  
guinem & uitā ne petamus. Indignis-  
sima enim res homini incommodare,  
qui omnibus nobis huc usque bene-  
fecit,

fecit, pauit laute, & hospitio accepit  
 perliberaliter die noctuq;. Potius fugæ  
 locum illi dabimus, ne omnium  
 horarum hominē interficiamus. Aut  
 cur non ante cibi sumptionem hanc  
 de eo sententiam crudelem protulisti,  
 et nemicam panis sumpsissemus. Hoc  
 est amicitiae ius & hospitij sanctitatem  
 uiolare. Cum autem hæc agerentur in  
 ter seruos & Nobilem, Sacerdos timo  
 re plenus inquit, O uiri optimi ne tale  
 exemplū de me statuatis, ne tale quid  
 designetis, captiuum abducite, & me  
 ipsum apud clementissimum principē  
 purgabo. Delatus sum falso, & iram il  
 lius quā de me concepit iracundia cō  
 motus, delinibo. Sitis hospitij me mo  
 res, et beneficiorū acceptorum, leones  
 crudelissima animalia, hoc Romæ in  
 teatro publico cū seruo captiuo fece  
 rūt. Nā nostis me omnē Nobiliū fami  
 liā placido animo, cū dispendio bono  
 rum meorū hospitio accepisse, fouisse,  
 humaniter tractasse. Quæ causa tā seue

ri iudicij erga me miserū, improbe facitis & scelerate, si pergetis in uestro instituto. Scio mox principem huius facti poenitentiam acturum. Aliquanto æquiores, si etiam aliquid mali designassem, sententiā expectassem me subiturū, qui uos paui Perfico apparatus in omnes horas. A nemine quicquid accepi unquam. Scitis nullū uos unquam dedisse symbolū, quod iam laqueo, o iniquissimum factum, daturi estis, idcirco in domo mea, inter meos amicos, & consanguineos, indicta causa. Recte maiores eum, qui socium fefellisset, in uirorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. At uero hospitem, uirum innocentem non modo fallere, sed fraude & perfidia detruncare, quale peccatum putatis? Si pergetis in scelere concepto, contra religionem Dei agetis, ex qua re, si qua macula concepta est, arrigite aures, & precipue tu Nobilis, non modo elui non potest, uerum usque eo permanat ad  
animum

animū, ut summus furor, conscientia  
 inflammata à satana, atq; amentia nun-  
 quam deponenda consequatur. Noli-  
 te enim putare, quemadmodum in fa-  
 bulis sæpenumero uidetis, eos qui ali-  
 quid impie scelerateq; commiserunt,  
 agitari, et perterreri furiarum tædis ar-  
 dentibus. Sua quemq; fraus, et suus ter-  
 ror maxime uexat, suum quemq; sce-  
 lus agit, amentiaq; afficit, suæ malæ  
 cogitationes conscientiaq; terrent.  
 Hæ sunt impijs assiduæ domesticaq;  
 furia, id & uobis continget, nisi ab  
 incepto desistatis. Paruam rem puta-  
 tis, obsecro uos per Christum, animo  
 id uoluite, si doctorem animarum ue-  
 strarum interfecturi sitis, sine causa, si-  
 ne iudicio, sine accusatione, sine de-  
 fensione? Quid mali egi, dicite quæso?  
 Nihil habetis, Deo sit laus. Beneficia  
 quantum uideo, mea male collocaui,  
 ob quæ iam neci trador. Mea hospi-  
 talitas mihi exitium adfert, quæ serua-  
 re debebat. Causam proferre ullius  
 mali

malí non potestis. Cur muti estis? Desistite, oro uos per Dei misericordiam à tam iníquo facto, à scelere tam impío. Quid dictura sit posteritas, si Deum timere non uultis, obsecro, cogitate. Pastor, quo non purior, pudentior, humanior, officiosior, liberalior unquam fuit, occisus est, ob inuidiam ab ouibus suis, hospitalis ab inhospitalibus, probus ab improbis, pudens ab impudentibus, castus à periurís, imperitus à callidis, ab auaris liberalis. Resilite ab hoc peccato. Ne polluatis animas uestras sanguine innocentis, Deo non illuditis. Accedite prius ad principem, meque ligatis manibus & pedibus abducite, quo me defendam ab isto crimine in me conficto, quod impingitis. Saluus, scio, redibo, Placabo principis mei iratum animum, postquam meam audierit purgationem. Obtestor itaq; uos per Deum æquissimum, iustissimum, infallibilem, ut defensionē meam prius audiatis, quam iudicetis

iudicetis, & antequam capitis pericu-  
 lum subeam, purgationi sit locus. Spē  
 falsam mihi ostendistis, uestra fide, ac  
 potius perfidia deceptus, alias fuga mi-  
 hi, si quid sinistra suspicatus essem, cō-  
 suluissem. Officio simulato officere,  
 non hominis, sed bestiae ratione caren-  
 tis indicium. Quem unquam ex ue-  
 stro ordine læsi, cui maledixi, quem  
 bonis suis spoliaui? Duas res sanctis-  
 simas uiolatis, amicitiam et fidem. Per di-  
 tissimi igitur sitis homines necesse est,  
 qui simul & amicitiam dissoluere, &  
 fallere eum qui neminem læsit, cona-  
 mini. Verum quid opus uerbis, Do-  
 mino iusto iudici omne negotium cō-  
 mitto, qui hoc homicidium, quod per-  
 petrare uultis in me, impunitum non  
 sinet. Sat crudeliter cum simplici po-  
 pello egistis, & eos instar bestiarum  
 mactastis, nullo habito publico iudi-  
 cio, in Cæsareanasq; leges peccastis,  
 imò eas contempsistis, et si mihi tale  
 quid contingat non mirum. Euange-  
 lij



lij doctrinā pure à me hāuistis, docui  
uos fidelissime, quæ salutē animæ atti-  
nēt, iā rependere uultis premiū. Nō ab-  
similes estis Iudæ & omnibus impijs, q̄  
unquā fuere. Dico uobis, ut paucis me  
absoluā, nō sine scelere me potestis iu-  
gulare o iniquissimi & perfidiosi uiri,  
occasionē quæritis me perdendi, noui  
unde illa sit: ex Euāgelij prædicatione  
nascitur mihi malū. Hoc sepius, quod  
iam euenit, prædixi publico in rostro.  
Nā nō semel quū in uitta Nobiliū, qui-  
bus inūdabāt, ecclesiastico more deto-  
narē, quorū officium erat, scelera quæ  
Ethnicis maximē displicent, sua à Deo  
tradita potestate, emendare, exemplo à  
Deo cōmisso populo præesse, nō in ma-  
litiā, non in peierationibus, nō in ebrie-  
tate, sed in religione, in fide, in abstinē-  
tia. Verū illi nō semel mihi in faciem re-  
stiterūt ac dixerūt, meū officium non  
esse, ut illos, qui Domini mei existerēt,  
corpus occidere possent, si uelint, seue-  
re corripere, quicquid agerent, hoc lau-  
dandum

dandū esse, nec in ulla re cōtradīcēdū,  
 me cōcionibus istis aliquid moliri, qđ  
 exitiū habiturū sit breui tristissimū. Et  
 nūc experior & sentio uenenū latēs in  
 cordibus ipsorum tandem erumpere.  
 Atqui Christo id accidit & Apostolis.  
 Cum autem pergeret bonus pastor ex  
 aggerare suum instans malū, Nobilis  
 uāsanus institit, ut serui, id qđ manda-  
 set, perficerēt. Nā semel id esse decretū  
 à príncipe, ut moriat, et frustra ipsū uer-  
 ba fundere de periculi euasione, se lite-  
 ras in sinu gerere, ut morte illū puniat.  
 Priuaberis o sacerdos, inquit, hoc die,  
 hac hora, hocq; momēto, uita: ob id ne  
 indigneris, ne moleste feras, locus fugę  
 non patet. Satius tu pericliteris, & lon-  
 ga litera fias, quàm ego gratia & fauo-  
 re príncipis mei, plus satis alias ergame  
 exacerbati careā. Tandē serui ingenti  
 luctu, tremuls manibus ligarūt sacer-  
 dotē tam hospitalē, tam humanū atq;  
 liberalissimū, quem ad postes suarū æ-  
 dium, non sine indignatione, adstante  
 Nobili

Nobili suspenderūt. Sacerdos pius nihil aliud dicens: quàm Chrīste Iesu miserere mei, Iesu salua me. Nōne hoc est crudele exemplū, tyrannicū factū, qđ ne Turca in hostē infensissimum committeret. Quis hāc rem tantam, tamq̃ atrocē satis cōmode dicere, satis grauit̃er cōqueri, satis libere uociferari, et exaggerare potest? Pauli dictū uerū apparet in hoc crudeli factō, quod nō multi sapientes secundū carnem, nō multi potentes, nō multi claro genere nati, à deo sūt electi ad regni Dei cōmunionē.

*Martyrium Pastoris cuiusdam, qui anno 1525 submersus.*

**I**N quodam Brisgaudię pago, pastor erat uigilans, ac homo in diuinis literis eruditus, sanctimonia uitæ clarus, humanitate & comitate insignis, sacerdotali dignitate in multos annos egregie perfunctus in synodis presbyterorum, doctrina exellebat, ac etiam Episcopo Constantiensi gratus, autoritateq̃ ualens apud omnes, quibus

quibus cū negocij aliquid habebat a-  
 mans pacis. Tragœdias inter fratres or-  
 tas mira prudentia sopiebat, ad mutuā  
 charitatem inuitans, honestatem uitæ  
 & morum emendationem in omnib.  
 conuentibus, quibus præerat, summe  
 extollebat: seipsum sæpe exempli gra-  
 tia, quū lites subnate erant, adducebat.  
 Hic quū Euangelij Christi sermo pu-  
 rior in lucem diuulgaretur, adiectis u-  
 bique ex patribus scholijs, cœpit mira  
 auiditate euangelicos libros euoluere,  
 deuorareq; quos iam olim etiam lege-  
 rat, sed nullo intellectu, nulla pensicu-  
 latione uerborū & sententiarū. Nactō  
 iudicio, & intelligentia accedente ex  
 continua lectione, homo senex, apud  
 se ipsum cœpit cogitare, in quantis te-  
 nebris, in quantis erroribus totum sa-  
 cerdotale genus inuolutum iam longo  
 tempore fuisset. Deum immortalem  
 dicebat, quis unquā cogitasset, tam do-  
 ctos tam sanctos uiros tot annis ita po-  
 tuisse à scopo ueræ doctrinæ aberrare,

tot erroribus implicari, scripturam sacram situ & squalore humanæ saluæ obductam, cōspurcaramq; & à paucissimis cognitam. Se enim id Euangelium, ordine quo scriptum est, nunquã credidisse ueritatem esse, quum multa de cruce, de persecutione, de turpissima morte in eo contineantur, & sacerdotibus omnia quàm felicissime succederent, nemoq; contra eos sine dāno maximo causam iustam agere, publica uitia emendare ausus. Iam autem palam Euangelium uim suam exerere, crucē in foribus esse, aduersarios uerbi infanire, impios caput tollere, ac ad omnia facinora in pios designanda audacissimos, Episcopos quorum erat uerbi potentiã asserere, crudeliores esse q̃ ullos unq; tyrannos. Se igitur omnē dubitationē, cum præsens seculum consideret, abiecisse, iam manibus tenere, oculis uidere, Christum uera prædixisse, quum tot Sanctorum corpora quotidie uirgis cædantur, in exilium proscriban-

bantur, lanientur nō dicendis pœnis,  
 igne tradantur cōburenda, aquis suf-  
 focentur, laqueo suspendantur. Quis  
 enim enumeret pœnas, quas pīj homi-  
 nes hoc anno, et apud Christianos per-  
 tulerunt, ob Christi liberam cōfessio-  
 nem? Quin etiam tumultus rusticus,  
 non dicēdo furore erumperet, sursum  
 deorsumq̄ omnia ferrent, pius pastor)  
 (nam hoc temporis, nemo audebat cō-  
 tra Euangeliū prædicationem mutire).  
 ne scortationis peccato inficeretur per-  
 petuò, duxit famulam, quam domi ha-  
 bebat, religiosam mulierculā, ex qua  
 etiam liberos elegantes procrearat, in  
 uxorem. Insania rusticorum augmen-  
 tum quotidie et vires sumebat. Cœno-  
 bia et sacerdotum domos, tanquam in-  
 stituta fuisset peregrinatio ad sanctum  
 quendam, diligentissime inuisebant,  
 quicquid edulij inuētum hoc mox de-  
 vorabant. Quod absumere impossibili,  
 hoc perdebant, aut secū auehebant.  
 Cohors quædam agriculturalium et in il-

lius p̄i pastoris ædes sese ingesserat. Nam nullum discrimen habebant inter p̄ium sacerdotē & impium: & quæ inueniebant, aut absumebant gaudio pleni, senem ad pocula inuitantes, aut furto auferebant. Et quod ualde inhospitale & crudele, caligas nouas, quibus indutus erat, subtrahebant cū omni molestia, licet repugnaret, blandoq; sermone eos ab incepto, ut desisterent, deterreret, furtum esse, dignamq; rem suspendio, nihilominus quod illis lubitum erat, instar bestiarum insanientium agebant. Ab itum parantibus, non potuit se pastor fidelis à lachrimis continere. Heus, inquit, boni uiri, futuram calamitatem, exitium ineuitabile uobis denuncio. Quid sibi uolunt hi tumultus, hæc turba? nullam æquitatem, nullam iustitiã seruatis, nullus tam in hostes quam in amicos respectus. Quid agitis, quem consultorem habetis, ad quem finem respicitis? Rapitis quicquid sese offert, more latronum. An non  
in

in mentem uenit omnia tandem, quæ iam rapitis, destruitis, euertitis, restituenda esse uestro maximo malo? Quæ seditio unquã felicem habuit exitum? quæ etiam pios & honestos inuoluit uiros, ut fortunis omnibus et ipsa uita periclitentur. Euangelium prætextitis, & nihil Euangelij habetis tam in ore quàm in corde. Neque hunc furorem à me unquam, qui uobis uerum Dei uerbum proposui, audistis, aut didicistis. Sanae est Euangelium, quod omnia turbat, per fas & nefas proximo sua rapit & destruit. Verum Christi Euangeliũ docet, bene omnibus facere, seditionẽ fugere, periuria uitare. Dico uobis, Deum iustum iudicem hoc uestro facto offenditis, ad iracundiam prouocatis, qui malum impunitum non sinet. Videte & perspicite, qua defensione sitis usuri, intelligetis absque dubio, hoc quod dixi de uobis fatendũ esse. Contra secundã Mosis tabulam strenue pergitis, quæ proximi curam describit, ad



quam quisque Christianus obligatur. Scriptū in Euangelio, quod in ore uestro natat, Quod tibi non uis, alteri ne feceris. Offenditis insuper mirum in modum totā Nobilitatem, Magistratum uestrum legitimum, cui iuramento obstricti estis, quorumq; serui. Clades imminet, perfidiam Deus punire solet. An nō sæpe audistis à me, fidem iuramenti esse soluendam? Vinculum enim est totius humanæ societatis. Et legitima iuramēta uiolare semper fuit nefas apud omnes homines sobrios, etiam apud ipsos Gentiles. Iosue iuramentum præstitum Gabaonitis serua uit, licet dolo hoc Israeliticæ gentis esset obrentū. Saul hoc fœdus iuramento sancitum inter Israelem & Gabaonitas, postea rupit, dissolutiq; fœderis & uiolati iuramenti pœnas dedit fame & filiorum suorum nece. Perpendite, obsecro per Christum Iesum, quid agatis, qualem inuidiam super caput uestrum confletis. Non est parua res, sed  
capi-

capitalis, seditionem mouere, excitare alios, turbare rei publicæ tranquillum statum. Non quiescent nobiles uestri, audaculi homines, quos turbare è possessionibus eorum conamini, plus æquo crudeles erga innocentes, censu uestro lacunā rei familiaris explebunt, & in tributis imperandis tantum oneris uobis imponent, ut etiam liberi uestri satis pecuniarum dare nō possunt, ob delictum uestrū, quod facillimè intelligi re ipsa potest. Postquam furor semel conceptus extinctus fuerit, alius alium prodet. Hæc ipso loquente tristi uultu, serè nudus coram illis stans, abi erunt nebulones, uocantes senem delirum & stolidum. Vnus ex ijs, nequitia præstantior dixit, iam sæpe à uobis per missarum mendicationes, per purgatorij terrorem, per exequias defunctorum decepti sumus, spoliatiq; iam iterum repetimus profusam pecuniā. Tace sacrificule, sat bonorum adhuc habes. Christus pauper fuit, nō habens

quò caput suū reclinaret, adhuc multa habes, aut totam domum tuam euacuabimus, incendemusq̃.

Sedato partim rustico tumultu, & agricolis, in gratiam, abiectis armis, assumptis, quum multi ex coryphæis seditionis caperentur passim in agris, sine delectu, sine misericordia, etiam pius pastor, nihil tale timens, ob Euangelij liberam prædicationē, quod multos pessime habebat, noctu à militibus in hoc ordinatis, crudelissimis captus, qui eum ligatis in tergum manib. constrictisq̃ pedibus magno fune, equo, præ sente uxore & liberis, abducebāt. Quē fletum, quem ploratum, quem eiulatum, si uidisses, hi ostendissent, liquefactus fuisses: & si isti homines saxo duriores, scommata quædam in captiuum iacentes, nihilq̃ crudelitatis omittentes. Tales tyrannos habuit seculū nostrum, tales ministros, quibus incensus animus aduersus electos Dei. Strepitu  
audi-

audito, nox enim pauore addit, fit concursus maximus, nō uirorum, sed mulierularum, quid nam sibi hic clamor & ploratus, & equorū multitudo uelit, summē expectabant omnes. Viri latitabant locis in tutis, ne depræhenderentur. Permulti diffugerant, nō solum agros, uineas, prata, uxorem & liberos, sed etiam sedes suas patrias istorum hominū iniurijs exagitati reliquerant. Abite, inquiunt, milites, & securre somnū capite, nihil periculi hic uobis imminet, cum sacerdote nobis res est. Viros adducite uestros, si domi sūt, & cum illis colloquiū habituri sumus, eorum interest noctu uigilare, pagum armis custodire, ab incursionibus latronum & prædonum defendere. Verum post longum carceris tetri squalorem, post quæstiones crudeles & nō dicendas, tam in pudendis, quàm in alijs locis, morti est adiudicatus. Quid facinoris impegerunt; si audire cupis, dicam

libere, quod res est. Vxorem duxerat,  
non publice coram ecclesia, sed domi  
suae, paucis praesentibus, Dei iussum se  
quens, ne à regno Dei propter scorta  
tionem excluderetur, iuxta dictũ Pau  
li. Eam ob causam dicis, aqua bonus  
pater submergendus, suffocandus est.  
Ob nullam aliam. Quia nihil seditio  
nis, nihil sceleris de illo dicere potue  
runt, etsi quàm diligentissimè illius con  
ciones, uitã & mores per quosdam ma  
le subdolos homines expiscati sũt. Cũ  
autem abduceretur per spiculatorum  
ad locum supplicij, placide omnibus,  
qui eum cõsolandi gratia accesserant,  
respondebat. Verum cum sacrificulũ  
& monachi eum cum morte luctan  
tem, oratione interna deditum spiritui  
diuino, paradysum cogitantem, ob  
tunderent suis naenijs, quibus eum à sa  
no uerborum Christi intellectu, auo  
care studebant, eos nõ semel rogabat,  
ut filerent, se Christo Iesu Domino cœ  
li &

ti & terræ sua peccata quotidie confes-  
 sum esse, absolutionē accepisse, se hac  
 in re dubitare minime, Christo saluato-  
 ri meo, inquit dulci uoce, uictima ho-  
 die ero grata. Nihil designaui, quod  
 Domino hac in re propter quam dam-  
 natus sum, displiceat, quæ tam cōscien-  
 tiam Dominus dedit, uideant hi qui  
 innocentem sanguinem sitiunt & ef-  
 fundunt, quid inceperint, quem offen-  
 dant, cuius est uere iudicare corda ho-  
 minum? quia dicit, Mihi uindictam &  
 ego ulciscar. Pellem hanc ossibus uix  
 hærentem, breui aliàs abiecturus eram  
 (macilento enim erat corpore.) Noui  
 me mortalem, uermem, corruptibilē,  
 & in hoc natum. Et iam olim diem ex-  
 tremum exoptaui, petijq; dissolui &  
 esse cum Christo. Cruce dignus ob ua-  
 ria peccata, quæ in Dominum com-  
 misi, immanissima, & Christus meus  
 Saluator crucem sustulit, in cruce mor-  
 tuus est, Volo igitur & ego gloriari in  
cruce

cruce Domini nostri Iesu Christi. Hæc  
nebulones quidam cygnæam cantio-  
nem ferre nõ potuerunt. Carnifici an-  
nuerunt, ut senem deturbaret è loco,  
in quo sedebat constrictus, paratusq̃  
ad lanienam. In aquis diu se mouit, a-  
deo ut sanguinolētus fieret fluuiolus.  
Indicium certum, quod iusti sanguis  
hoc die effusus esset. Omnes qui ade-  
rant, uiso hoc spectaculo, moesti apud  
se quidnam sibi sanguineus iste liquor  
uelit admirantur, stupidi adstant attra-  
ctis crebris singultibus. Domum reuer-  
tuntur tacito corde, considerantes ea  
quæ acta essent, licet nemo quicquam  
diceret, ob metũ, qui illis incussus, eo  
quod omnia tyrannorum more exer-  
cerentur cum rusticanis hominibus.  
Quid autem interea taciti apud se co-  
gitarint, cõiectura assequi non queo.  
O crudelia pectora, o perfidum factũ.  
Hæc ab illo hausi, qui suis oculis uidit  
hoc miserum spectaculũ. Dominus no-  
bis omnibus ignoscat, Amen.

Histo-

*Historiæ de Rustico quodam 1525.*

**R**usticum uidi capite plecti, meo iudicio, si quid perspicio, uirum probum, iustitiæ amantem, exactiõnũ nobilium acerrimum hostem, qui plus aggrauabant populum quàm par esset, quàm præstare possent, quàm etiã priuilegia data tum à regibus tum à principibus permitterent. Hic captus postquam sedatus esset rusticus tumultus, eo quod ad arma, quum equitum cohors hinc inde obequitaret, per facta, prata, agros, die noctũque, sedulo quærentes rusticanæ seditionis autores, clamasset, & si neminem sua inhortatione commouere, ut arma sumeret, potuisset. Adeo timor ob præsens periculum omnes inuaserat, & ob incensum pagum, cuius facti mentionẽ hic nolo inserere, dabitur alias locus hac de re commentandi, non solum trepidare, sed fugere, latitare etiam solebant, in syluis se abscondere. Horrenda enim



da enim passim exempla in simplices edebantur, quæ terrorem ingentem miseris incutiebant. Dolo capitur miser, lactatur promissionibus, assentit, in capitis discrimē se uenire nec unquam cogitauit. Intruditur in carcerem, diu in eo detinetur, egregie pascitur. Carceris custos omnem suspicionē de presenti periculo adimit, emollit que. Et quum diu carceris foetorem perpessus esset, tandem ad quæstionem rapitur, uaria homini obijciuntur scelera, quæ nec fecerat, nec cogitarat etiam. Sex horis continuis, in aëre uolitauit suspensus, lapide magni ponderis appenso, quem cruciatum, horrorem, trepidationem in membris omnibus sensit, facile conijcere pius lector poterit. Sudor passim per totum corpus guttatim emanabat ferè sanguineus, adeo ut et uestimenta, quibus erat indutus, conspergeret. In ijs itaq; angustijs cōstitutus, clamabat alta uoce ad  
rauce-

raucedinē usq; , sed nihil proficiebat, ufrustra laborabat, neque tortores tam crudeles cōmouere ad misericordiā, flectere ad lenitatem torturæ potuit. Quum autem ferè spiritum efflasset, indiciaque de se daret appropinquantis mortis, demissus est summa crudelitate. Quas uoces tortores effutuerint, quæ periuria excuderint, non est dicendum. Nihil miser de se sciens, neque membrum ullum mouens, Iacebat enim in terra tanquam truncus uilis, paululum spiritum solummodo attrahebat, qui uitæ indicium dabat. Examinatores dubij quid nam cum homine isto, quem perdere omnibus modis studebant, agerent, quem in locum deponerent, ne moreretur. Attulit quidam, quum alij timore percussi acetum, & aquam rosaceam, qua illum parum recrearunt respirareque fecerunt. Sumpto itaque cibo & potu, iterum in speluncam, in qua nec solē,  
nec lu-

nec luctum uidere potuit, eum demiserunt, crudelioribus poenis examinandum, recuperatis corporis uiribus. Octodecim diebus exactis, iterum quaestioni admotus, articuli obiecti, quos constantissime negauit. Varia etiam tormentorum genera excogitarunt, ut saltem aliquid speciem sceleris habens, ex homine exculperent, morteque dignum inuenirent. Coacti et hac uice re infecta discedere. Post dies autem uiginti tortorem quendam insignem conduxerunt isti tyranni, qui nihil crudelitatis omittebat, qui & ipse falsa spe delusus, coactus est saeuitiam remittere, illumque pronunciare esse innocentem, qui talem torturam ita constanti uultu ferre posset. Nunquam se tam constantem & immobilem hominem, imò saxeam uidisse, absque dubio sine crimine esse. Abeunt ita quarta uice. Concludunt tandem impij adductus falsis testibus, illum corpore esse ple-

plectendum, quod ad arma, datis indu-  
 ctijs, conclamasset, seditionemq̄ nouā  
 commouere uoluisset. Damnationis  
 dies cōstitutus, mox spiculator aduo-  
 lat cum monacho, ingrediuntur in car-  
 cerem cum lictoribus. Interea nescio  
 quid captiuo animus præfagiebat, ob  
 horrorē, quem noctu sustinuerat. Vo-  
 cant illum, ut ex spelunca, in quam di-  
 missus erat, ascendere uelit, se aliquid  
 habere in mandatis, quod cum eo lo-  
 qui uellent, in rem suam esse, ne ita in  
 carceris tenebris periret. Dimittebant  
 illi funem cum baculo, sed noluit insi-  
 dere. Hic mori uolo dicebat, torturas  
 non amplius subibo sequissimas, sat pœ-  
 narum pertuli, membra mea lacera, ut  
 nullum officiū amplius faciant. Si au-  
 tem promittis me torture non subijci-  
 endum, & uita non spoliandum, neq̄  
 iudicio sistendum, nisi æquis iudici-  
 bus, ad uos ueniam, & si constitueram  
 apud me, ex isto loco nunquā pedem

elaturum, melius est semel mori, quam  
quotidie ita cruciari. Post longam cō-  
tentionem, promiserunt quidam ex or-  
dine senatorio illi, quicquid petierat ra-  
tum fore. Extractus itaque est ex spe-  
lunca. Mox uiso monacho, exclama-  
uit, falsus sum, deceptus mendaci ore,  
me miserum, uideo instare mortis ho-  
ram, somnium uerum habui hac no-  
cte, tyrannice omnino mecum agitur,  
non auditus condemnor. Vos subdo-  
li homines, ministri diaboli cur men-  
tiri audetis? Domino iusto iudici hanc  
iniuriam hodie mihi factam conque-  
ror, quod me innocentem necare con-  
tenditis. Monachus interrupit sermo-  
nem miseri, crucem ligneam ex maní-  
ca cucullæ extrahens, quam condem-  
nato digitis ostendit, admonēs ut quie-  
to sit animo, sententiã esse latam, ut ca-  
pite spoliatur, frustra uerba serere. Cle-  
mētes habuisti, o homo, inquit, iudices  
in ictu oculi uolabis ad Deum, Ob id  
con-

confitere peccata tua in meam aurem,  
 & accepta absolutione filius æterni re-  
 gni hodie futurus es. Rusticus, inquit,  
 Abito profligatissime monache, iam  
 olim peccata mea deploravi, quæ Chri-  
 sto Iesu solum nota sũt, qui & remisit,  
 quicquid unquam peccatorum feci,  
 non opus habeo tua remissione, quã  
 nec intelligis, nec credis, alias iam o-  
 lim uitam tuam tam sordidam, hypo-  
 criticã scortatione pollutam emẽdas-  
 ses, uulpẽ tegis hypocritica ueste, qua  
 multos sæpe decepisti, bene noui te. Si  
 in animo habes ullam consolationem,  
 ex Euangelio Christi eam profer, aut  
 abi statim, si tale quid non potes, uel  
 conteram te pedibus. Monachus stu-  
 pidus & tristis ad tale responsum ad-  
 stabat, ignarus quid nam ageret, dice-  
 retq;. Spiculator prudẽtior Monacho,  
 Domine, inquit, legito illi misero ali-  
 quid de passiõẽ Christi, quæ lectio abs-  
 que dubio illi arridebit. Miser mona-

chus nihil habebat consolationis nisi  
lignum crucifixum, quod perpetuo  
obijciebat huic condemnato. Ecce hic  
est Christus tuus pro te crucifixus, a-  
spice illum, & confortaberis. Respon-  
dit miser, Ille non est meus Christus, a-  
bi procul cum isto ligneo Deo, in cœ-  
lis habitat meus Saluator, in quem cre-  
do, quod me ab æterna morte rede-  
merit. Monachus cruce se signauit &  
ingemuit, putans hominem illum ef-  
se desperatum. Abductus est in publi-  
cum fori locum. Prælecta, ut moris est,  
alta uoce, præsentem omni populo, eius  
est confessio, in qua nihil aliud erat,  
quàm hominem istum seditiosum fu-  
isse, ad arma cum induciæ essent da-  
tæ, conclamasse idque noctu, dormi-  
entibus reliquis. Interrogatus, an ita  
esset, quemadmodum prælectum, re-  
spondit, sermonem ad protoscribam  
dirigens. Pinguiuscule nequam, aliud  
mihi, quum in carcere mecum eras,  
pro-

promisisti. Mendacia o plebs pia, pre-  
lecta sunt. Circumstantias cur omisi-  
sti, quæ causam meam meliorem red-  
didissent. Ego dicam quæ omissa sunt  
ex industria, & ex mera inuidia. Quñ  
equites passim raperent simplices, in-  
nocuos, tale nihil sperantes, ab agris  
cum ararent, sulcos ducerent, frumen-  
ta sererent, uineas amputarent, noctu  
dormirent cum liberis, ego collegi  
quosdam ex amicis & cognatis in æ-  
des meas, ut me & alios à rapina & ui  
defenderent, non ut seditionē excita-  
rent, quā angue peius odi. Noui quo-  
rundam nobilium in me stomachum,  
ob liberam meam reprehensionem,  
qua erga eos usus sum. Hæc est causa,  
cur condemnor. Iussus tacere, Nequa  
quam, inquit, tacebo. Vos multa pro-  
misistis mihi & reliquo simplici popu-  
lo, sed mendaci ore. Iudex aderit iu-  
stus contra omnes, qui talia mendacia  
populo persuaserunt credenda. In ex-



tremo iudicio rationem dabitis iusto iudici. Hoc non potuerunt ferre Iudices, ob id iussus abduci ne quid tumultus fieret. Vbi ad locum supplicij uentum, coronaque militum, quos conduxerāt importunissimi homines, cingeretur miser, & spiculator iuberet eum flectere genua, præuia oratione Dominica, noluit hoc facere. Habeo, dixit aliud prius, quod dicam uobis omnibus, qui hic statis, neque reor mihi apud uos præcisam esse defensionem, quemadmodū apud uestros ministros iniquos iudices. Hic dies meus est, da igitur tu, in cuius manu uita mea est, mihi locum edisserendi pauca, quæ in corde meo concepi. Ligatus sum, euadendi nullus locus, neque in animum uenit, ut aufugiam, breui in cœlum ad patrem meum uolaturus. Sat militum habes, qui me insequi poterunt, si uel conarer aliò declinare. Audite itaque me placido animo, o Christiani

stiani, innocentiam meam uobis de-  
 clarabo, meq; iniuste dico condemna-  
 tum. Nam omnibus neruis mihi con-  
 tendendum, atq; in hoc laborandum,  
 ut omnes intelligant, quàm improbã,  
 quàm manifestam, quàm confessam  
 causam habeant aduersarij mei. Gra-  
 ue est crimen hoc & uehemens, quo  
 cõdemnatus, sed me apud uos ita pur-  
 gabo, ut nihil omnino criminis in me  
 resideat, uobis testibus, qui huc conflu-  
 xistis. Oportet etiam meæ existimatio-  
 ni & liberorum consulere. Ab ineun-  
 te etate, qui me nouerunt, testes erunt  
 probè uixi, nullius unquam sceleris  
 uel periurij, uel seditionis conuictus,  
 incidi in hoc periculosissimum seculũ,  
 in quo omnia diuina & humana iura  
 sunt euersa. Rustico tumultui adhæsi,  
 (quemadmodum alij omnes, qui cir-  
 cumquaq; habitant) An nõ multi no-  
 biles sequuti sunt Rusticorum exerci-  
 tus, nec non ciuitates munitissimæ no-

men dederunt Rusticanae plebi? Neque autor ullius tumultus fui, quem tantum uenenatissimum serpentem perpetuo odiui. Neque ullum consilium dedi, ut talem tragœdiam in toto ferè terrarum angulo excitarent. Consulimus Nobilem nostrum, quum ingruerent ceteruæ rusticorum, & quid nobis agendum esset in his turbis, percontabamur, uerum nihil responsi aut consolationis ab eo tum temporis accipiebamus. Nesciui autem ego (ut de me loquar, reliqui seipsos probe absque dubio, si opus foret, defendent) articulos, quos diuulgarunt edito libello. Neque ab ullo unquam audiui, cur articuli tales ab illis conscripti essent. Similiter ignorabam, cur se passim colligeret, ad arma quisque proximum suum uocaret. Cur igitur, tanquam latro captus, cur torturis uarijs tam misere uexatus, cur tam diu ac toties dissentus? Præcipua causa, quod rusticis adhaesi. Illos secutus sum,  
ne-


negare id non possum, quia res manifesta est. Adhæsi illis, pro dolor, sed nemini quicquam abstuli, nullas ædes incendi, cuius criminis igitur me accusant, præ cæteris, qui etiã seditiosi fuerunt: Armis indutus, egressus domo, uicinos & hoc quos mecum habebã, è somno excitauit. Nõ nego, id feci: palàm est. Oportet itaque & hanc suspicionem leuare, atq; à me remouere cupio. Tumultus nocturnus equitũ me & alios excitauit, inscios qui nam essent. An non probi uiri est uigilare noctu, quum proximo periculum imminet, alios excitare, illi succurrere. Hoc non est seditionem mouere, cõtra magistratum arma sumere, omnia turbare, grauiter peccare. Improbe itaque mecum, & contra gentium leges, quibus uerus Deus ignotus, agitis. Accusatores mei estis acerrimi, obijcitis uaria scelera, præcipuè autẽ pompa quadam uerborum seditiosum me esse dicis,

C 5      citis,

citis, quod nunquã probabitis. Quis igitur me uos, qui accusastis, me damnatis? Accusatorum officium non est dãmnrare, neque testibus ullo unquam tempore tale quid permissum est. Aequos peto iudices, non iniquos, non suspectos, qui causam illam iusto iudicio perpendant, dein iuxta leges, non iuxta quorundã odium, quos ego mea innocentia exacerbavi, si iudicandus sum, illi qui ad hoc delecti sunt, pronũcient. Si quis pudor in uobis, atque ad eò si quis metus Dei, sine supplicio me dimittere debuissetis. Eodem accedit, quod hoc quoque intelligere potestis, me innocentem condemnari. Perpendite anteaactæ uitæ existimationẽ, bonorum uirorũ testimonia. Piorum fidem, dignitatem, religionem implo-ro. Cum ita pergeret exaggerare capitale supplicium, spiculator eduxit gladium, idque iussus à Iudice, stantem et perorantem capite detruncat, ut in ter  
ram

ram strepitu quodam caderet trūcus.  
Lingua in ore se diu uolutabat, ob ue-  
hementem sermonem quem institue-  
rat. Sic finem sortitus est hic probus &  
pius uir, de quo falsi iudices nihil ma-  
li potuere aut inuenire, aut certo dice-  
re, quamuis testes diligenti inquisiti-  
one passim oberrando præmiserant,  
qui indagare debebant illius uitam &  
mores. Dominus det spiritū fortitudi-  
nis omnibus, qui pro nomine illius aliquid pati debent, Amen.

FINIS.







6789-0

